METHODUS REFRIGERANDI EX VOCATO SALENITRO VINUM, AQUAMQUE AC...

Blas : de Villafranca

Digitized by Google

TETRASTICON
Lodouici Temigni.

Hæc tibi charta Breuis rerum ſecreta recludet,
Quæ phiſices myſtas tot latuere dies,
Nec minus hæc erit ingenio, q̄ grata palato,
Ardenti dum Cancro arte rigebit aqua.

Εἰς φθόνον καὶ φθονεροὺς
Παλλαδᾶ.

Ὁ φθόνος οἰκτιρμοῦ κατὰ πίνδαρόν ἐστιν ἀμείνων,
Οἱ βασκαινόμενοι, λαμπρὸν ἔχουσι βίον.
Τοὺς δὲ λίαν ἀτυχεῖς, οἰκτείρομεν. ἀλλά τις εἴη
Μήτ᾽ ἄγαν εὐδαίμων μήτ᾽ ἐλεεινὸς ἐγώ.
Ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον. ἐπεὶ τὰ μὲν ἄκρα πέφυκε
Κινδύνους ἐπάγειν, ἔσχατα δ᾽ ὕβριν ἔχει.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO, ATQVE

Illuſtriſſimo, Principi, Domino Domino Bertrando Cueua, Alburquerquenſi Duci; Cuellarenſi Marchioni, necnon Ledeſmæ, atq; Huelmæ comiti præſtantiſſimo Blaſius Villafranca.

.S.

LVCVBRATIVNCVLAS *has, ac ueluti maiorum præludia quædã de natura, atq; modo bibendi ex uocato Salenitro, anemine tamen hactenus (quod ego ſciam) in medium oblata, Princeps Excellentiſſime, atq; Illuſtriſſime, tibi dicare, ac tuo ſacrare nomini decreui: cum ob ſeruitutem iam diu mihi in familiam Mecænatis mei, & fratris germani tui,* Domini Domini Bartholomei Cueua. S. R. Ecc. T. S. Mathei Preſbiteri Cardinalis Ampliſſimi, *et meritiſſimi cõtractam, tum ob ſingulares animi tui (quod quidem omnibus in confeſſo eſt) præter alias ipſius etiam, atq; corporis præclaras dotes acumen: utpote, qui ſoleas tecum ſæpe ſæpius rerum memorabilium, & (ut rectius dicam) admirabilium,* Naturæ *archana altius (dum per otium uacat) attentiſſimè*

Digitized by Google

contemplari, & admirari (unde omne philoſophandi principium eſt) ſolertiſſimè: adeo profectò, ut nunq; minus ſolus (ut dicitur) quàm quando ſolus meritò exiſtimeris, ita ſanè, ut non ſolum in negotijs arduis, & rebus tanti momẽti, quãti à Cæſare Carolo Romanorum Quinto Imperatore inuictiſſimo ſæpe ſæpius ad Paulum Tertium, P. M. atq; ad alios Chriſtianæ Reipublicæ Reges, ac ſummos Principes maximo ſanè nominis tui decore, ac dignitatis tuæ authoritate obſeruata, ac commiſſis (ſi id dici poteſt) negotijs ab eiſdẽ Principibus tuæ præſtantiæ non paucis, fœliciſſimè, ac prudentiſſimè expeditis adaucta, ſummopere iniunctæ ſunt, Sed in otio quoq; quod plurimi faciendum eſt, domi, foriſq; maximè præſtes, quod medius fidius, ni ingenij culpa te, ac tua commendando deficere uererer, aliquam profectò tantarum laudum perorationem pro uiribus explicare tentaſſem: tamen, quùm in maximis melius ſemper iudicauerim, uel ea non aggredi, uel cœpiſſe tantum, hac in parte mihi condonandum eſt profectò Dux Inclyte, quòd nec aggredi auſus fuerim, nec tetigiſſe placuerit: eo potiſſimum, quòd plus Dimidio Principiũ eſſe, ut Philoſophus ethicorum Prim. capite. vij. aſſerit, intelligerem. id tamen, inter alia non reticebo: te ſuperſtite (Neſtoreos utinam ſuperes annos) bene cum Republica agi profectò quum ex diui Platonis ſententia tunc ſanè bene Rem publicam agere affirmemus, aut quum Reges ſapiunt, aut quum ſapientes imperare contingat. nec minus, ad hanc rẽ me impulit conſuetudinis illius occaſio, quam iam ueluti genuinam,

Digitized by Google

ac multis ab hinc ſæculis inueteratam. Familia iſta tua clariſſima, ac Gentilitas egregia (in cæteris quidem, quæ ad optimam uictus normam, & ſaluberrimam uitæ rationem pertineant, obſeruantiſſima) in bibendo tamen ex niue, glacie, grādine, atq; ex ſubdiali aura uocato ue (ut ad rē redeamus) Salenitro, aut ex refrigerante alia quauis materia, tanquā peculiarem ſibi uendicauerit, ac ueluti propriā aſciuerit. res me Hercule, & admiratione digna, et quæ ut ad uoluptates, ac delicias magis pertineat, non parū momēti habeat: Sed potius ſumma cura, & non uulgari diligentia conſideranda. et quod magis medicis, ac cunctis naturalis diſciplinæ profeſſoribus admirationi uerti ſoleat, quòd inſæuiēte, ac æſtuāte Canicula maximo ſanè cū uitæ, et ualetudinis proſperæ diſcrimine, ob noſtri corporis pororū, ac uiarū omniū eo tēpore cōſpicuā reſerationē, et facilè adeò ad interiora Frigidæ introitū admitti ſoleat. nec præter inſtitutū Frigidæ dixerim Illuſtriſſime Prīceps, quū Familiā tuā, teq; potiſſimū abſtemiū, et aqua tantū frigida (ut quæ maximè Prīcipes uiros deceat, quod laudi profectò non uulgari tribuendū cenſeo) uti ſolitū certo ſciā. Labores igitur noſtros, et Primos hos in philoſophicis partus tibi dicatos, quos hercle latinos, et uulgari Hiſpanorū idiomate deſcriptos, unà cū libello illo alio noſtro græcarū litterarum negotiū ad illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Mecœnatem tractante, mittimus, hilari excipias uultu, et fauore foueas, atq; īpartias, ut tui nōinis clariſſ. ſplēdore fultus hic libellus, ī lucē prodire nō erubeſcat, uel publicè īter aduerſæ factionis, uocatiq; Salis nitri

ſtutores agere minimè dubitet: atq; quod multo maius eſt, ne mihi inter tot, ac tantos litteratos, tuiq; nominis amantiſſimos, quos ſemper, & beneficijs, & authoritate non contemnenda afficere ſoleas, qui tibi ex animo has dicare inter tot etiam, ac tantos mihi demeritos Principes lucubratiunculas inſtituerim, delegerimq; de re profectò ut iam meminimus, à nemine hactenus animaduerſa, & tibi adeò, alijsq; non paucis Hiſpaniæ Magnatibus in uſum excepta, benignitas refragetur. erit ſanè, unde, & ualetudini conſulere, & ex duorum adeò contrariorum conciliationis aquæ Salisnitriq; uocati uulgo ueluti confœderatorum intelligentia, uoluptatem excipias plurimam. & me, inter tuos deinceps clientulos adſcribes: ut mihi inquam, CHRISTO fauente maioribus incumbendi, quibus quoq; iam diu manum admouimus, anſam præbeas non exiguam. Vale. Romæ. Tertio Idus May. M. D. L.

Digitized by Google

PRIMVM PROPONITVR HOC IN *exordio Authoris intentio, atq; uniuerſa de quibus poſt fuſius tractaturus eſt, proponuntur.*

FORTE *diebus proximis (ſi ſatis memini) inter prandendum, Reuerendiſſimo, et Illuſtriſſimo fratri tuo germano de me quidem, ac cæteris omnibus quàmoptimè merito, ut aulicos ſuos, ac familiares conuiuas eosq; non paucos nobiliſſimo, ac clariſſimo ſanguine genitos, quos ſemper apud hominem, aliorum quoq; negotiorum gratia offendere contingat, ſumma inclementia temporis (inſæuiebat quippe hic Romæ ea tempeſtate Caniculæ rabies) amuletum aliquod, antidotùm ue expoſcente, ex uocato Salenitro ut ſe refrigerãte potu aduerſus tantam caloris uehementiam munire, ac tutius ſe ipſos deſendere ualerent, bibendum placuit. quod profectò apud* Excellentiam *tuam, ut uobis deditis, atq; nominis, ac familiæ ueſtræ ſtudioſis etiam inminimis rebus (quæ ueſtra eſt omnium ad unum animi gratitudo, ac beneuolentia tanta (indulgentiores uideamini, aptè, ac diligenter ſæpeſæpius contingere ſolet. incidit igitur tunc temporis ſermo, ac ueluti ad rem quædam inter cõuiuas noſtros (quorum me Hercule, quàm doctiſſimos eorum aliquos iudicauimus) ut inter epulas ampliſſimorum Antiſtitum de more ſolet, diſputatio.*

Secunda exordij pars, in qua propoſitio, totiusq; operis argumētū proponitur.

QVI fieri poſſit, ut aqua ipſa ſuapte natura elementum ita facili negotio tranſmutabile, alterabileq; ad rei inſe ſuſceptæ naturam, ac temperamentum (ut omnes aſſerunt Naturæ ſtudioſi uiri) ex uocato Salenitro, natura, ac ui ſua uehementer excalfaciente, ſuſcepto ad quantitatem, ac certum pondus, non ſolum, etiam ſi frigida actu nequaquam exiſtat, non incaleſcat, uerùm etiam per id temporis adeò refrigeretur, ut uideatur nec Natura, nec arte poſſe hoc elementum actu frigidius reddi? eo potiſſimum temporis momento (ut ita dixerim) quo ex uocati Salis nitri uicinia, ac mixtione uirtus (non paucis profectò clarioris etiam nominis uiris, & aliàs peritis latitans) perdurauerit, ideoq;, quum tot, ac tantæ in re hac contemplatione ſanè digniſſima, atq; experimento ætate noſtra comprobata, opiniones uariæ contenderent, motus quidem Mecænatem meum meritiſſimum potiſſimum demerendi, etiam ſi Muſarum mearum, ac litterarum Supellectilem curtam, ac perexiguam non ignoraſſem, potiusq; intra priuatos parietes quum craſſa adcò, ac rudi Minerua educatus ſim, mihi ſoli occinendum eſſe intelligerem, decreui tamen diligentius, accuratiusq; q̄ fieri poſſet, ex ipſius Ariſtotelis, ac Paripateticæ doctrinæ, & Medicorum campis, rem ipſam ita quidem omniū iudicio rerū naturaliū ſtudioſorū non admodū conſonam enucleare, ac luce (ſi quicquam poſſum) clariorem oſtendere, ac explicare. ad cuius rei maiorem, euidentioremq; intelligentiam, unde, ac quomodo ex uocato Salenitro primum refrigeratio contigerit

Argumēti opuſculi huius partes primæ, deq; bus agēdū erit, ac diſputādū

tigerit

contigerit atq; eiuſdem ſpecierum ac differentiarum (ut ita dicam) natura expoſitis, necnon quæ, ac qualis inde utilitas excipi ualeat, ad problemata quædam argumentum operis attingentia, accedemus. ac Deo dante, philoſophicis principijs nonnullis in medium oblatis, ad ipſorum problematum, & enarrationem uniuerſam nos ipſos conuertemus: ac tandem de Aphronitri Galeni capite, libri. de Simplicium medicamentorum facultatibus Noni, ac demum poſtea de aquarum naturis quibusdam explicitis, rem cunctam abſoluemus.

Fertur igitur, Salis nitri uocati uſum, quo tempeſtatis huius Magnates uiri, ac ſibi nimis indulgentes perplures alij crebò utuntur, Alchymiſtarum ex aliquorum ſententia, aut bellicorum tormentorum (Artilleria uulgo uocant) artificum inuentum extitiſſe. & quum teſte Galeno omni ferè in loco, & Tertio potiſſimum medendi Methodi libro, capite uerò Secundo, atq; Aphoriſmorum Prima ſectione, aphoriſmo primo, Duo ad quamlibet ſcientiam comparandam principia exiſtont, experientia putà, atq; hac multo certior ipſa ratio. quæ Duo Ariſtotelis duobus demonſtrationum ſcire faciētium generibus Primo poſteriorum reſolutoriorum libro, capite Decimo, nec non ubiq; alibi doctrinæ ſuæ, qua ſi reſpondere uidentur: Experientia, ei quæ quia res eſt oſtendit, ſiue ab effectu demoſtrandi methodo. Ratio uerò, ei quæ quam obrem, Seu propter qnid, & cauſas quas (ſi tamen cauſas, aut cauſam habere contigerit) res demon-

Tractatus initiū ac unde Primus uocati ſalisnitri uſus de ſūptus fuerit.

Inuentionis, ac demonſtrationis ſciētificæ differentiæ, ac earum principia quot exiſtant.

ſtrat, quæ methodus, à cauſis contra, effectus ipſos rimatur fieri potuit, ut uel caſu, uel ex induſtria potius, Alchymiſtis potisſimum, qui ut inanem ſuum, & ſemper incaſſum, laboris, & pecuniæ, ac ſumptus tantorum fructum excipiant, pluries, iterum, atq; iterum elementa ſuæ Quintæ nuncupatæ eſſentiæ, leuitatisq; ſuæ potius (quum uel proprijs ſumptibus aurum ita ab ipſis deſideratum redimere citius poſſent) materiam ſubinde abluunt, ac lauant, ſæpe decoqunt ac fruſtra macerant, aquamq; ſi æſtiuo potiſſimum tempore id euenit, uocato Salenitro in ipſam iniecto, frigidiorem ſolito offenderint, ex quo facile hoc refrigerandi ingenium deſumi potuit, deincepsq; artes tempore, Ariſtotele authore, Ethicorum libro Primo cap. vij. quum incrementa ſuſcipiāt, augmentum maius, ac maius deprehenſum ſit atq; illapſum. mea uerò ſententia, aut egregium quempiam philoſophum, aut inſignem medicum, aut alium quemuis Naturæ operum ſolertiſſimum indagatorem ratione, & propter quid ſciendi modo adiutum, prius tamen, ex quia res eſt, uel experientia (coniecturis id indicantibus) hoc idem animaduertentem, potius inueniſſe credere par eſt. quum aquas maxime, quæ leuiter ſalſæ, nitroſæ, aut aluminoſæ, aut ſulphureæ deniq; qualitatis participes ſint, ſi ex alto potisſimum emanent, ac prorumpant, idq; æſtiuo tempore frigere ſupra modum contemplari liceat. Ex cuius rei, ac cauſæ ratione primi noſtri, ac potiſſimi problematis in medium oblati ratio ipſa, atq; expoſitio elucere poſſe uidetur, ad

Quas aquas ſumme ineſtate frigere contingat cuius ratio inferius capite de Principijs naturalibus redditur.

Digitized by Google

quam quoq; , ubi prius de huius uocati Saliſnitri uſu atq; utilitate , ita adeò a Principibus iam ferè ubiq; locorum , tanquam è cælo delapſa in Summo pretio , ac ſummis deliciis habita , uel unico uerbo egerimus , exponendam explicandamq; expediet nos conuertamus.

De utilitate igitur huius uocati Saliſnitri , Secundo loco ubi iam de inuentione , ac principio eiuſdem egimus , tractaturi ; nullam aliam maiorem eſſe affirmamus , quam facillimo , et breuiſſimo negotio , ac tempore quod ad horum Principum delicias magis pertinet , quouis etiam in loco , uel ſuapte natura ſqualente , & arido , aquarumq; natura algentium priuato , quamuis aquam nonſolum frigoris actu expertem , uerum etiam calentem aquam , uel niue , uel grandine , uel glacie , aut ſubdio per noctem expoſita frigidiorem quàm citiſſime effici , reddiq; poſſe : quod quidem , etiam ſi non omnino commendandum id iudicem , nihilotamen ſecius , quum Hippocratem Aphoriſmorum *ſecunda ſectione , aphoriſmo 33. Parum deterius alimentum conſuetum ſuauius , atq; Naturæ gratius magis ſalubri , ſed grato minus præferendum eſſe , atq; eundem particula eadem aphoriſmo . 50 . Quæ ex longo tempore conſueta ſint , minus conſuetis melioribus moleſtare ſolita dicentem intelligam , æſtateq; , ex* Auicenna Arabum *(ne medicorum omnium dicam) Principe , ac nunquam ſatis laudato uiro , ſen* Tertia *primi doctrinæ ſecunde* Capite . VII. *de cibi aſſumpti qualitate elementari , actualiq; (ut appellant) tractante ;*

Quis uſus , et quæ utilitas Saliſnitri uocati ſit

(quod profectò, de potu quouis multo magis uerā eſſe ſenten tiā omnibus conſtat) frigidum cibum, aut leuiter calidum: hyeme uerò calidum offerre debere habeamus, quid mirum? ſi æquo frigidor ætatis potisſimum, temporis, ac loci uigore efferuente, potus admittatur? quæ omnia, his dum taxat, ueluti per tranſennā modò explicitis, in huius noſtri opuſcu li calce, capite. Quibus frigida utiliceat, tractante, pro uiribus abſoluemus. Non igitur contēnenda utilitas hæc tanta erit. quippe quæ, & miniſtros quoſuis, familiares, ab attentisſima ſanè cura, ac diligentia non uulgari, nec ſuorum Mecœnatum minori ſumptu, ac diſpendio, ex altis montium iugis per longiſſimaq; itinerum interualla niuem, grandinem, glaciemq;, & id genus alia, ad lautiſſima, & ſplendidiſſima conuiuia afferentes, nec minus in altiſſimis puteis ſiccis (Simas Hiſpani uocant) humoriſue participibus per triduum plus minus ue ſpacium, aquas, ac una ipſa, & potus quod uis aliud genus, ac ſubdiali aura pluries, hanc modò, modò illam auram noctu, ac diu ad rem ſit nec ne conueniens captates, exponētes ſubleuet, atq; Prīcipes hos uiros, ac alios quos uis ſibi indulgentes a laboribus, atq; ſolicitudine immunes reddat, quum ex alijs refrigerandi ingenijs, nonnumq̄; ſpe ſua fruſtrari, ac rubore non pauco ſuffundi contingat. meritò igitur, uocati. Salis nitri uſus commendandus erit, quum pluries ſanè inter primas epulas, & in ſecunda menſa quandoq; leui momento, ac negotio ferè nullo, paratis ad hanc rem aqua ac uocato Salenitro, ac uaſis ad id aptisſimis (dequi

bus ſuo loco agendum erit)quam citiſſimè uelis , ac quantum frigidam (ſihuius modo myſterij inſcius nonfueris) aquam ac uinum pro conuiuatoris , ac conuiuarum uoluptate efficere ualebis. ac ſi cætera ſilcam omnia , hæc potiſſimum commendatione efferenda iudicem , quod inter nauigandum, Semper ferè plus æquo cibis , ac potu quibusq; in caleſcentibus, unde ualetudini non uulgare detrimentūm accedere delicatulis his naturis ſolet , prò tui animi arbitrio frigida uti poſſis : adeò ſanè ut non ſolum frigidam reddere ualeamus , uerum enim uerò quantum frigidam , ac quando uolumus efficiemus. ad hæc tamen , hac in re commendatione egemus non uulgari, quod in maximo ob ardentiſſimarum febrium continentium incendium uitæ noſtræ diſcrimine , in iuuene carnoſo , æſtate media, humore concocto , præſentibus cæteris conditionibus, àmedicis ſuis ī locis expoſitis, hicq; breuitatis cauſa ſilētio præteritis , algidiſſimæ aquæ potus per neceſſarius ſit , atq; pluries eo deficiente , uitæ ut diximus diſcrimen incurramus. quapropter ſi ad alios uſus hunc compares , ſi loco , & tempore ita uti contingat , primatum obtinere clariſſimum eſt.

Tertio igitur loco, ante *problematum* , ac Principiorū propoſitionem *de nomine huius uocati* Saliſnitri , *ac differentijs agendum erit:*Cicerone *potiſſimum officiorum* Primo *ſuadente in quauis inſtitutione , ànominis ratione inchoandum eſſe, ne nominis ſignificationem ignorantes , facilè decipiamur. quod quoq;* Ariſtoteles Elenchorum *libro* Primo , Cap. *iij.* Denatura, & differentijs déq; nomine uocati Salis nitri.

ac ſecundo libro, cap. ij. quod ad æquiuoca (ne uocum ſignificati ignorantia, reſpondentes nos capi contingat) non reſpondendum ſit, conſulit. Nec minus. Galenus huius rei omni ferè in loco memores reddit, ideo non ab re ſanè, quid ſibi uelit uocati Saliſnitri nomen, ac rei natura quæ ſit, quo ue modo appellanda, explicandum eſt. Aſſero igitur, nequaquam Salnitrum appellari debere hoc ipſum hoc modo uulgo ſic dictum: ſed uocatum Nitrum potius. cuius nulla alia ratio exiſtit, quam ſalis, ac Nitri naturam, ac temperamentum, ſubſtantiamq́; ex Plinij, Dioſcordis, Theophraſti, Galeni, Aetij, Pauli, cæterorumq́; medicorum Latinorum Græcorumq́;, atq; ex Auicennæ Arabum Principis ſententia differre, ac diuerſa eſſe. non tamen adeò natura differre uidentur, quim aliqua in re (unde nominis huius error deſumptus eſt) conueniant. Plinius ſiquidem libro 31. capite proprio de Nitro habet: Nitrum à ſalis natura non multum diſtare. atq; ex Plinij uerbis alterius loco, alterum Succedere poſſe: unde error hic (ut diximus) principium habuit, colligitur nec minus. idem Plinius libro 31. cap. 10. de Nitri
" ſpeciebus in capitis calce pertractans, ſic habet. Sal, Ni-
" trum, Sulphuri concoctum in lapidem uertitur: qui locus, et ſi huic errori principium dederit Salnitrum uocandi, nihilo ſecius eum ſic caſtigandum cenſeo. Sal, & Nitrum, ſulphuri concoctum in lapidem uertitur. quod profectò, duplici ratione id faciendum iudicamus, quum ob naturæ, ac ſubſtantiæ Salis Nitriq́; (ut ex illis authoribus diximus) differentiam,

Locus Plinij corrigitur.

tum ob ea quæ Paulus ait libro 7. cap. 17. habent quidem eius uerba ad hunc modum. Sal, & Nitrum in medio coctio ,, nis, ſulphur in fine adijcitur: coctio autem ipſius, emplaſtra ,, nigreſacit ac eiuſdem ſermonis rubrica, ſuperinſcriptioq; ſic ,, habet. Sal, Nitrum, Sulphur. nec minus, ex Plinij codicis ,, manuſcripti lectione loco prædicto habetur, Sal & Nitrum ,, & alia omnia. Reliquum igitur eſt, poſt hac non uocatum Salnitrum, ſed uocatum Nitrum dici oportere. Vtrum uerò, hoc ipſum de quo agimus uerum Antiquorum ſit Nitrum, nec ne, an Maiorum Nitrum reperiri contingat, operæpretium eſt diligentiſſime examinemus. prius hoc tamen audire con uenit, hoc uulgo de quo agimus uocatum Salnitrum, non a uero Nitro qualitatum primarum temperamento omnino dif ferre: immo non parum inter ſe conuenire: ideoq;, & hoc ad nominis huius abuſum nonnihil iuuaſſe. ad rem igitur, quum ex prædictorum authorum ſententia, ſalem à Nitro differre (quum diſtinctis in locis, de eis ſeorſum agant, quod apud Dioſcoridem maximè, ſimplicium pharmacorum argu mentum efficaciſſimum eſſe ſoleat, probatum ſit) non temerè, uocatum Nitrum, & non uocatum Salnitrum appellandum deinceps iudicauimus. Igitur, Nitri ueri ex Ma iorum teſtimonio, ac fide plures ſunt differentiæ, loco, & ſubſtantiæ, ac generationis modo diuerſæ; nam in Salis mo dum, quandoq; terreum, quandoq; aqueum, ac lapideum reperi ebatur, quod modò hac tēpeſtate, quod nō parū admiramur,

Species Nitri ueri

quum habeat cum ſale adeò homogeneam, & uniuocam generationem, aut inter ſalis ſpecies, aut nullo modo oſtendi ſolet. de cuius profectò natura, ac ui, & ſi Theophraſtus (Omiſſo tamen ſemper Dioſcoride, qui ſanè, exipſius etiam Galeni doctrina, ac teſtimonio, tum alijs inlocis, tum uerò deſimplicium medicamentorum libro Sexto Cap. I. in ſimplicium pharmacorum negotio primus exiſtit) ex Plinij, & aliorum authorum ſententia pertractans primas obtineat: Plinius tamen, tanti Hercle nominis, quantæ eruditionis, ac uariæ lectionis author, exactiſſimè libro, & loco prædictis agit, pertractatq; quo in loco, perpulchra multa de Nitri, & fontium, ac lacuum quorundam natura enumerat. At falsò noſtri uocati Nitri ſpecies altera eſt, àueri Nitri natura, ac origine non parum ut pote factitia, diſtans, ac uaria. cuius author quis is fuerit, meum non eſt modò in medium afferre: credimus tamen, in hominum perniciem, ac detrimentum ex humana malitia (quæ ſemper malum maius, ac maius comminatur) id repertum eſſe. cuius modus, ac forma efficiendi hic eſt. nam Tybure in Herculeo (ut ille ait) ab Vrbe ad Sextum decimun lapidem diſtante, ac ita Romanis ſuis authoribus meritò decantato, quippe modó etiam, admirandis mæniorum ueſtigijs, uel ipſam. Vrbem ſuperat, quum eſſemus, unà cum Reuerendiſſimo. & Illuſtriſſimo cardinali noſtro, his quidem, & id genus alijs uacare licebat. Inter alia uerò quæ perpulchra iudicauimus, hãc uocati Salis nitri faciẽdi rationẽ diligentiſſimè adnotauimus.

In ciſtas

In ciſtas quaſdam uimineas ut plurimum, aut ligneas, ex alia ue, ad id negotium materia conſtantes, crebris tamen foraminibus pertuſum fundum habentes, atq; aut bubulo, taurinoue, aut equorum, aut columbino (quod cæteris præſtantius eſt) ſtercore quam refertiſſimas, aquam plurimam, aut ſi uigoroſius mauis, lexiuium multum, ac ualidum, uehementer calidum, donec madeant, ut decet (hoc eſt ad mediocrem quendam lentorem) infundes: quo humore per ipſum ſtercus excolato, id quod delapſum eſt, ac excolatum ſeorſum in æneis uaſculis ad Duarum tertiarum Conſumptionem decoquitur: quod ubi decoctum eſt, in aliud quoq; recens ſtercus eodem modo præparatum, Secundo infunditur atq; ubi excolatum eſt, iterum in uaſis æneis decoquitur, ad duarum ſimiliter tertiarum conſumptionem. quæ uerò ſupereſt tertia pars, quam citiſſime in prædictis æneis uaſculis excepta, ſubdiali auræ per noctem, ut eiuſdem frigida aeris, ac rigida intemperie concreſcat exponitur, quæ res quidem, ubi concreuit, in uocatum Nitrum quam ocyſſime degenerat. ſi uerò hanc ſic concretam, lixiuio, aut nouo alio excolato humore liqueſcere feceris, ac more ſolito decoqui uolueris, quod excoctione reliquum eſt, ac concretum, uocatum Nitrum ſubtiliſſimo Bombardarum ſoluendarum (ut ita dicam) puluiſculo, ac incendio quamparatiſſimo aptiſſimum eſt; quod uerò modo prius expoſito effectum eſt, id ſanè craſſiori horum tormentorum bellicum negotium reſpicientium pulueri idoneius erit: unde conijcere facile eſt, huic Nitri uocati conficiendi modus.

uocati Nitri confectioni accomodatius tempus, rigidam bru-
mam exiſtere, ac quod uis aliud frigoribus, ac gelu infeſta-
tum tempus.

Duodeci- problema- ta, argu- mentum operis cõ- tinentia.

Quarto igitur loco, de quibuſdam examinandis, ac propo- nendis problematis, operis huius myſterium continentibus, agendum eſt: quorum potiſſimum, ac Primnm ſit quodq; in ter priucipia fuit primum propoſitum, ac dubitatum tanquam propoſiti noſtri ſcopus

Quomodo fieri poſſit, contingere ue, ut aquæ natura fri gida, ex uocati Nitri uicinia, ac admixitione, ac ſimul locali motu ſuapte natura excalfaciente, ut potè ex cauſis ef- fectui ſuo omnino contrarijs, ac manifeſtò aduerſis, frigi- diſſima per certum, ac diffinitum temporis ſpacium redda- tur ac ſic permaneat?

Secundò dubitatur, an ex uocato Nitro tantummodo aquæ com mixto, ſine motu tamen locali ſimili modo, aut paulo inten ſius, uel paulo remiſſius, aqua infrigidari queat?

Tertiò, utrum aqua iam uocati Nitri uirtute ſemel infrigida- ta, ac demũ poſtea iã excaleſcens, poſſit iterũ ſemel, aut pluri es ex noua uocati Nitri infuſione infrigidari? qua in re, inter conuiuas noſtros non parua fuit controuerſia: quorum ali- qui id quidem, & experimento poſſe contingere, ac euenire affirmabant. quo in caſu, expærientiæ, etiam ſi ratio oppo- ſitum indicaret, adhærendum ex Galeni ſententia iudico

Quo mo- do Gale- nus

atq; abementia ratione deuiandum erit: quũ reuera ratio non ſit, ſed ſophiſtica, & decipiens apparentia: aliàs quippe

nec effectus ad cauſam, nec econuerſo uniuoca, ac mutua correſpondentia in quantum talia ſunt, proueniret, quod ab omni prorſus philoſophia abhorret. Nam licet ratio, *expe rimentumq́; re uera inter ſe minimè differant, at manifeſtò pluries, quum effectuum cauſas ignoremus (non enim eadem ſemper nobis, & Naturæ nota ſunt, ut Philoſophus in de* Phyſico *auditu proœmio, ac alibi ſæpius oſtendit) ſibi repu gnare uidentur.* Quòd *ſi ad actiones quoq; particulares, quū actio ſit particularium, Scientia uerò uniuerſalium, ſolam obtineamus experientiam, ratione deficiente aut è contra, ex eiuſdem* Ariſtotelis *libro* Metaphyſicorum, *& capite* Primo *rationi ſoli ſolam experientiam, præferendam conſulius quum hæc artem faciat, & inexperientia caſum. quæ quidem, etiam ſi ita non haberent, ueriſſima tamen, ac efficaciſſima ratione ſententiam ſuam probare ſibi uiſi ſunt ac eam corroborare; ſub ſequente argumentatione tentarunt.* Nam *quid aliud eſt, nobis aquam (dicebant) ſemel ex uocato* Nitro *in frigidatam, ac mox calentem, iterum ex nouo uocato* Nitro *infrigidari poſſe, quam ex ignis, ſoliſue calore, ac ui, calidam aquam iterum infrigidari, uel ſuapte natura; ſæpe ſæpius cauſa adhuc, refrigerante abſente? quum contra, hoc in caſu refrigerans uocatum,* Nitrm *interſit?* Alij *uerò, aduerſæ factiònis authores, ueriorem meo iudicio opinionem confirmantes, rationes quoq; ad hoc negotium adducere conati ſunt.*

intelligendus ſit, quod ratione, ex perientiaq; repugnātibus omiſſa ratione, experientiæ adhærendum ſit.

Sola experentia. ſoli rationi præponitur

Quartum, utrum omnes aquæ, putà dulces, ſalſæ, marinæ, fluuiales, fontanæ, puteales, ex niue, grandine, aut pluuia, Natura, aut arte iuſtillatæ æque, ad hunc effectum ſint aptæ

Quintum, An certa uocati Nitri quantitas ad aquæ pondus oblatum deſyderetur ut is effectus ſub ſultet? An potius, quantauis àquouis uis nitro perfrigerari queat.

Sextum, Poſſit ne ex qua alia reconciliari aque maior frigiditas, quam ex uocate nitro?

Septimum, quo modo, & quando, iam aquam ſumme frigidam eſſe, cognoſci poſſit?

Octauum, An aqua quæ iam infrigidata eſt, ex uaſis in quibus refrigerata fuit, mutari debeat; an in illis ipſis perſiſtere?

Nonum, idq́; non paucis admirationem afferens, qui poſſit uinum, natura, & temperamento calidum, ac ea ratione abaqua diuerſum exiſtens, unà cum ipſa, ſiue in uno eodemq́; uaſe miſceantur, ſiue agitentur ſeorſum, infrigidari ex uocato Nitro, eodem in tempore, atq; ſub eadem cauſa? necnon ex æquo incaleſcere? quum ex Ariſtotelis philoſophorum ſummi libro de Anima. ij. capite etiam. ij. agentium actus, in patiente optime diſpoſito ſint, ideoq́; ab eadem cauſa, indiuerſis paſſis neceſſe ſit, diuerſos effectus prouenire. quod quidem experimento quoq; comprobatum eſt, ſol quippè, & cæram liquidam, & terram ſimul aridam reddit. igneuſq; calor, oſſa comburendo de albat, ac illud ipſum faciendo, carnes deni-

grat quodnos profectò, ex Principe Arabum Auicenna confir mamus libro quippe.2.tractatu 1. *Cap.* 3. *inquit frigus.n. albificat humidā ſubſtantiā, & denigrat ſiccam, & calor de* ,, *nigrat humidam, & albificat ſiccam quod nimirum non alis* ,, *unde prouenire, quam ex uaria, ac diſtincta cære, terreq́;, oſſium, ac carnium uaria diſpoſitione, uarie quidem ſolis ipſius uim, ac facultatem recipientium, clariſſimum eſt. ideo q́;, in uino, & aqua uarijs quidem temperaturis præditis, uarij effectus quoq́; reſultare deberent: ita Sanè ut aquā refrigerari, uinumq́; calefieri, aut contra fieri oporteret.*

Decimum. *quibus in uaſis uini, & aquæ refrigeratio fieri conueniat? quò ue modo, ſi uocati* Nitri *particula aliqua ſub ingrediatur, cognoſci ualeat?*

Vndecimum, *utrum iam frigidam aquam, ne iterum citò in caleſcat, cohibere poſſimus.*

Duodecimum, *in quo anni tempore tutius hoc poſſimus, & ualetudinem, & palatum reſpicientes, uti commodius? quibus problematis, ac petitionibus prædicto modo propoſitis, quam facillimè prouiribus ut inde totius, ac* Primæ *quæſtionis ſenſus, ac ratio eniteat, elucidandis operam dabimus prius tamen, quædam, eaq́; per pauca naturalis auſcultationis* Prin *cipia ad hoc inſtitutum inſeruientia non parum, in medium afferre decreuimus.*

Quinto *igitur loco, naturalia* Principia *quædam præmitten da ſunt hanc rem maxime concernentia: quorum* Primum, *& potiſſimum eſt.*

Principia quinq́; naturalia, ac philoſophica.

Omne ens Natura *conſtans, ſiue ſimplex, ſiue, compoſitum, corruptionis ue expers, uel eiuſdem particeps ſit, ſui in indiuidui ratione conſeruationem, ac perfectionem ui* Naturæ *intrinſica appetit atq; prouiribus hoc idem intendit: qua cauſa, & ſibi conuenientia amplectitur & aduerſa refugit, quod* Hercle, & *ratione, & experimento approbatur maniſeſtiſſime.* Primum, *nam quorſorum agentia libera ſi ſui (ut diximus) conſeruationem non appeterent, tot, ac tanta quũ ſint, ſe ipſas interimere ualentia, id non efficiant? ſed potius, totis uiribus refugiant,* Præterea, *ſi res naturales ſe ipſas amant, ſe ipſa conſeruare ſtudent; alioqui nec ſe ipſas amarent; Sed res cunctæ ſe ipſas amant, ergo ſui conſeruationem intendunt: antecedens eſt perſe notum, ideo, conſequentia bona exiſtente, ut eſt, conſequens concluſio uera erit.*

Præterea *hoc idem experientia docet, ut iam iam probauimus, quum adhuc intelligam, nequaquam hoc* Primum *à me hic propoſitum* Principium, *niſi ad maiorem fidem, probatione ulla ulteriori egere, quum perſe notum ſit, ac omnibus manifeſtum, omniſq; ſcientia ex* Ariſtotele Poſteriorum *libro* Primo, *capite ſecundo ex primis, & perſe notis, ac immediatis procedat: immediata uerò ſint quibus nulla alia notiora: hec uerò (qualia noſtra ſunt oblata* Principia) *quæ ex terminorum explicatione, ueritatem oſtẽdunt, ita ſanè, ut omnes medio uacantes propoſitiones, ex* Ariſtelis *mente* Poſteriorum, Primo *capite* X X V. Principia *ſint.* *quibus profectò rationibus, nequaquam contentus,* Tertia

Quæ propoſitines Principia *dicantur.*

quoq; ratione, illud ipſum probare placuit. nam Deus, & Natura ſemper faciunt de poſſibilibus, quod melius eſt, eodem Ariſtotele teſte ubiq; ſuorũ operum, ac de generatione, & in teritu libri Secundi, Decimo capite: melius uerò eſt eſſe, quam non eſſe, quum hoc nihil ſit, aut potius non ſit, illud uerò, aliquid ſit, iure igitur, quum omnia orta occidant ex eodem etiam Ariſtotele de cælo libro Primo. capite Decimo, neceſſe eſt, conſeruatione, atq; eiuſdem appetitu, Natura conſtantia omnia ut coſeruarentur prædita fuiſſe. Quartò omnia Natura conſtantia, Primæ cauſæ perfectionem inquātum poſſunt, obtinere conantur: hæc uerò Prima efficiens, & mouens cauſa aliquo modo infinita oſtenditur, quum in infinitum durare ac perſiſtere ab Ariſtotele Phyſicorum. 6. capite octauo, ac in toto octauo libro ferè demonſtretur. igitur, & reliqua hanc durationem appetere, ut & illam perfectionem in quantum poſſint, conſequantur, rationi conſonum eſt, ac Philoſophicis principiis congruentiſſimum. quam profectò, ubi in numerica, indiuiduaq; natura conſequi non ualeant, omnibus perfectis natura agentibus ſpecificam Natura liberaliſſime conceſſit. nec inde, quod durationem perpetuã Primæ cauſæ Philoſophi conceſſerint actionem quoq; infinitam concederent, nam eo dato, quam primum ex non ente ſimpliciter, nouæ ſubſtantiæ procreationem (quum infinitæ potentiæ, ad non ens ſimpliciter proportio debita ſit) concedendam exiſtimarent: quod profectò Ariſtotelis Phyſicorum Primo Capite Quarto,

(ex omnium philoſophorum ſententia, ex nihilo nihil poſſe fieri affirmantium) teſtimonio concedi nequit. duratio igitur nō actio eſt: nam ſi eſſet, & infinita actio a philoſophis daretur, ac perconſequens, ut diximus non entis ſimpliciter generatio. quum ratione ea ſolum, ac potisſima quod nullum philoſophi effectum uirtutis, ac facultatis infinitæ cernerent, ex nihilo aliquid fieri poſſe, negarint. quod principium licet iam rationibus tot efficaciſſimis comprobatum exiſtimē, nihilo ſecius tamen, hoc idem experientia certiſſimum eſſe, offendemus. nam ut alia omnia, eaq; manifeſtiſſima exēpla miſſa faciamus, aquā ipſam ſurſum inſpirationis ui, perfiſtulam attractam aſcendentemq; in medium afferre, operæpretium eſt. nam eo in caſu, quam citiſſimè, ac lubentisſimè, immo longe præſtantius q̄; ſi deſcenderet, ac expedituis multo, ſui ipſius conſeruandæ gratia aſcendentem uidemus, nam & experimento quidem, ac ex Ariſtotelis lectione libro Phyſicorum Quarto, tractatu Secundo, capitibus 6. & 8. compertum eſt, Vacuum nequaquam Natura dari poſſe, ac ex eodem authore ſublimium impreſſionum (Meteoron appellant) libro Primo, capite uerò Secundo, corpora hæc noſtra inferiora, ac corruptibilia, ſuperioribus lationibus contigua eſſe, ut inde gubernationem accipiant, ac ſuum regimen comparent: nec minus quū ex Philoſopho Phyſicorū 7. cap. 2. omne agens in paſſum, aut per phyſicum ac uirtuale, aut per mathematicum contactum agere neceſſe fuerit, ſequeretur ex his Principijs quam clariſſimè, aquā inſpirationem perfiſtulam

Qua cauſa, ex nihilo nil poſſe fieri affirmarint Philoſophi uniuerſi.

Datur caſus, in quo Aqua aeris regionem naturaliſſime aſcēdit: immo naturalius quā descendit

non inſequentè, corrumpi illico, deficiente ſanè ſuperiorum corporum uirtute, ipſam aquam non attingente, ob medij aeris attracti ſcilicet abſentiam: ac Vacuum concedi poſſe, nempe aſcendente àere inſpirato, aqua uerò manente, aut demq; uel non agere in inferiora, corpora cæleſtia, uel ſi agant, id non per contactum efficere, Philoſophiæ ſtudioſis quamclariſſimum eſt. igitur, ut hec omnia abſurda euitemus. natura aquæ, motum ſurſum appetit, ac naturalius contra litteratorum, aliquorum ſententiam, quam ſi deſcenderet, aſcendere affirmamus: quum ex hoc aſcenſu ſe conſeruare ſimpliciter intendat, ac tot alia prædicta euitare abſurda: ex deſcenſu uerò tantum bonum eſſe appetere, non uerò ſimpliciter eſſe uideatur. quod non ſolum in aqua ipſa uerum inquouis liquido corpore, ac ſubſtantia fluido, nec minus quouis ad id genus apto corpore, id crebrò contigit. quod quidem, & hoc maniſeſtiſſimè uerum eſſe demonſtratur. quòd in ſolido corpore, quale lapis eſt, fiſtula impoſita, ac aere inſpirato, aut nullã perfici inſpirationem, aut ipſam fiſtulam rumpi, ſit omnino neceſſe, niſi à loco cui hæret, ut aer permeare poſſit, fiſtula remoueatur.

Secundum, Quatuor quum ſint Naturæ elementa, Ignis omnium ſupremus, calidus natura, ac ſiccus: Aer deinde terrã uerſus, ac temperamento calido, humidoq; præditus: ac tertio Aqua frigida, & humida: ac tandem in omnium infimo loco, ac ueluti Mundi centrum, cui cœlum (ut Poeta) undiq; ſurſum exiſtit, frigida, & ſicca Terra: huic ſanè ſiccitas *Elementorum temperamenta.*

in ſummo eſt, Acri Humiditas, Igni uerò, caliditas ipſa; & Aquæ tandem frigiditas ſumma (quæ ad noſtrum inſtitutum attinet) ineſt. quod quidem, ut omnium eſt philoſophantium cōmune dogma, ita potiſſimum Ariſtotelis ubiq; ſuorum operum, ac maximè de generatione, ac interitu. libro 2. C. 3. ſententia eſt. mea tamen ſententia, Aquam ſumme humidam potius crederem, tum quia nos uidemus, qualitates ſummas quam difficillime amitti, & multo difficilius ijs quæ remiſſæ dicuntur: at frigiditas aquæ facillimo negotio amittitur: humiditas uerò nunq; ea manente, perdi poteſt, igitur. nec minus, nos uidemus quæ aqua humeſcũt aere exiccari, nō cōtra, ergo humiditas aquæ ſũma, nō aeri in eſt, nã aliter, a ſũma aeris humiditate conſeruaretur, ne humiditas ab extrinſico corrumperetur. nec ualet, quòd ab aeris calore fiat exiccatio, nam nũquam ab aqua efferuente ignis ui, ac facultate magis quam aer incaleſcat, exiccatio prouenire ualebit. præterea, hoc idē Ariſtoteles expreſſe Meteoron. libro, ac Capite Quarto confirmat. quas rationes, ac Ariſtotelis locum quiſquis is fuerit, quiſe altius philoſophari poſſe crediderit, diſſoluere, ac explicare luce clarius conabitur. Ego tamen, ſi communem, & a me primo loco recitatam opinionem tenere uellem, Ariſtotelem in Meteoris aquam ſumme humidam in ſubſtantia (ut dicũt) & nō in alterante qualitate, ut ipſe in libris de generatione, & interitu prædixerat, intelligerem: nec ab re ſanè, nam Ignis, & Terra humoris expertia quum ſint, reliquum eſt, Aerem Aquæ compares, Quum igi

tur ex uno pugillo aquæ fiant aeris decem, ex eodem Ariſtotele. libro Secundo, degeneratione, & interitu, capite ſexto, neceſſe eſt, plus ſubſtantiæ humidæ aquæ, quam aeri ineſſe.

Tertium, idq; ad hanc rem maximè conueniens eſt. uocatum Nitrum potentia in gradu tertio calidum, ac in eodem ferè potentia ſiccum eſſe, gradus uerò ipſi, in Quatuor ordines diſtincti ſunt, per maiorem putà, uel minorem in humano corpore alterationem a qualitate elementari impreſſam, ac relictam in eo. Quippe, ſi occulte calefaciat, aut refrigeret, exiccet, aut humectet, eſt Primus. ſi autem manifeſtius, Secundus eſt. Si uerò, ita manifeſtè, ut plus æquo calefaciat; aut refrigeret, ac alterius corpus humanum maximè, (ad quod in Medica arte comparationes fiunt) ad ſuam temperiem manifeſtò immutet, Tertius eſt. Quartus deniq;, quum ex calidis corroſio, ac corporis exeſio, aut deniq; conbuſtio, ac mortificatio aut ex frigidis ſtupor, congelatioq;, ac mors deniq; ſequitur. igitur, quum uocatũ Nitrum linguæ, aut palato admotum non ſolum, uehementiſſime excalfaciat, uerum aliquo modo per diuturniorem moram, iam carnes exedere tentare uideatur, meritò uim illius calidam quidem in tertio gradu, ſiccam autem in proximo ad illum exiſtimarim. cuius rei, nec leue quidem argumentum, tam cita, tamq; facilis ac momentanea, in tormentario puluere (ut appellant)

Quot, ac qui ſint, temperamentorũ gradus in qualitatibus medicamentorum cõſiderati.

contriti commixtio, ac incendium repentinum, erit. utpote maximam, homogeneamq́; cum igne ſimilitudinem, ac Symbolum in quibus facilis tranſmutatio ex Ariſtotele *libro* 2. *de generatione, & interitu capite* 4. *habentis*. Cæterùm: *me iudice horum in medicamẽtis graduum ordines* Primus Galenus *ipſe, medicorum lumen* 3. *de medicamentorum. facultatibus capite* 12. *nec non* Paulus Aegineta *libro Septimo capite* 2. *proprijs numeris diſtinxere acdemum poſtea.* Princeps Auicenna *ſuo canonis libro* 2. *in diſtinctis ſimplicium capitibus expreſſit: reuera tamen,* Dioſcorides *in hac re, & peritiſſimus, &* Primus *medicus hos quoq; ſuppreſſe gradus exponit, quum, aut parum calefacere, aut refrigerare, aut paulo plus, aut uehementer, aut uehementiſſime refrigerare affirmet, & in excalfaciendo hoc idem (huius nominis* Gradus *mentione non habita) dixerit.*

Authores graduum qui fuerint.

An Dioſcorides gradus cognouerit.

Quartum, *omne agens naturale, ſe ipſum inſui contrarij præſentia, inquantum poteſt, fortius, ac uigoroſius efficere, expartium putà ſuarum unione, ac fortiori earundem, applicatione tentat, dum modò tamen, utrumq́; in alterum, modo certo, atq́; actionis forma, & proportione obſeruatis, agere ualeat.* Quæ *res profectò, non paruam cum agentium ex arbitrio natura ſimilitudinem habet, nec ſecus me* Hercule*, quam ſiquiſpiam, propè iam hoſte conſpecto, quocum dimicandum neceſſario eſſet, adacriorem pugnam, aut ut ſuperet, aut neſuperetur, ſaltemidq́; potiſſimum, ſiſepotentiorem, ac ualidorem aduerſarium iudicaſſet, para*

ret, qua in re, exominum philoſophorum conſenſu plura, ac perplura exempla, cum apparentia tantum, tum uerò re ſic habentia exiſtunt, ac conſpiciuntur. Prioris formæ ſunt: album, inxta nigrù conſiſtens: quorum utrumlibet contrarij ſui proprinquitate, ſe ipſo intenſius tale eſſe(quum reuera aliter res habeat) uidetur. nec minus, ſi paruam molem admagnam, uel(ut rectius dicam) ad ſe maiorem, comparaueris, & hæc multo maior, ac illa multo minor quam res habeat, eſſe iudicabitur. Hæc Duo exempla, & alia mille id genus, quæ afferre poſſemus, nil aliud quam apparentem quandam ueritatem oſtendunt. ideoq; hæc magis ex naturalibus rebus, ac neceſſariò agentibus petenda erunt; paucæ ſiquidem igni magno ſtillæ aquæ inſperſæ, quod crebrò infabrorum fornacibus contingere uidemus, multo quidem ſeruidiorem ignem accendunt, efficiuntq;. Fontes quoq; mediocriter alti, acputei, terrenæq; cauitates profundæ, omnes æſtiuo tempore frigent ad modum, ac hyemali contra: ob contrarij hanc aeris prædominantem tẽperiem ſemper fugientis, ibiq; in cauernis recluſi; ac dominantis propemodum, non minus in caleſcunt. unde, nec eorum quæ ſupra infine Primi capitis de uſus uocati Nitri Primo authore, de fontium æſtate algentium diximus, ratio, & cauſa nec latere poteſt, nam Nitro, Sale, Alumine, aut alio quouis id genus excalfaciente foſſili, parum, leuitèrue participantes æſtiuo tempore, & ex alto emergentes aquas frigere non parum, diximus: nã ſi metallum excalfaciens, ad mixtum ſit, id profectò; aquæ par-

Quas aquas æſtate magis frigere contingat.

tium unionem efficere ualebit, dummodò parum ſit, nam à multo, aquæ uis fortè ſuperari continget. unde calidæ aquæ emanare ſolent, quas Piterbi in Italia, ac Senis, necnon alÿs, eisq́; plurimis in locis omniſerè morborum naturæ auxiliatrices, ac conducentes, nec minus in Hiſpania noſtra Auriæ in Gallitia omnium rerum ad uictum humanum pertinentium feracisſima, aquas calidas, ac Halamæ, Granatum propè, nec minus (ut cæteras miſſas faciamus) Ledeſmæ tuæ Princeps Illuſtrisſime, ex ominum medicorum, ac philoſophorum iudicio, multis nominibus excelentes uidemus. Si uerò, ex alto aquas prorumpere non eueniat, eas nec frigere, quum non fiat ob uiæ, ac ſpacÿ breuitatem debita contrariantium partium mutua applicatio continget: nec minus, non ex multà alitudine aquas emanare debere, ut is effectus ſequatur, crederem: eo potisſimum in caſu, quo pauca eſſet, ac exigua excalfacientis metalli aquæ commixti copia, Quippe in tanto ſpacio, fortè id ſuperari ab aquæ uiribus contigerit. ac cōtrariarum partium concertans applicatio deeſſet, deſiſteretq́;: nec minus, æſtate id debere eſſe, credimus: nam frigente hac noſtra aeris regione infima, cauæ omnes Terræ partes in caleſcunt magis, ut iam diximus, atque explicitum eſt. unde profectò, nos quoq́; in Hiſpania, mirā fontis cuiuſdam naturam contemplati ſumus, quiquidem propè Durÿ fluminis totius Hiſpaniæ inundantiſſimi ripam in oppido Peſquera de Duero dicto coſiſtens, ubi primum Autumnus in choare uidetur, per uniuerſam hyemem omnino exiccatur, ineunte uerò

Ledeſmæ Balnea in Hiſpania prope Salmanticam celeberimū gymnaſium, maximè ad omnis naturæ morbos commendatur.

Mira fonticuli cuiuſdam uis, et natura. ac eius cauſa, et ratio.

primum uere, copioſiſſimam per æſtatem uniuerſam aquam, eamq; algentem non parum emittit rei cuius rationem, altas, ac ualdeprofundas Terræ partes, unde hæ aquæ emanent, eſſe facilè crederem: quum nimirum æſtiuo tempore multa frigidi aeris ibi concluſi copia illi æſtiuæ aquæ gignẽdæ ſit materia ſufficientiſſima. contra uerò, in hyeme, ob eiuſdem calorẽ uehementem, aeris in aquam conuerſio fieri facile nequeat: nam quũ alta adeò ſit Terræ cauitas, nec à calido extrinſico, quẽadmodũ in alÿs non paucis fontibus per æſtatem exiccatis, nec à frigore per hyemem, ut fiat aeris recluſi conuerſio, ut in alÿs quoq; plurimis per hyemẽ fit, ſuperari poteſt. ideoq;, haud ĩmeritò fonticuli huius, q̃madmodũ & aliorũ quos uti digniſſima contẽplatione dignos, Ariſtoteles, Pliniuſq;, ac alÿ Naturæ operũ egregÿ indagatores admirãtur, ac lacuũ multorũ quoq; natura, ac uis contẽplabilis eſt, & admiratione digna. diſtat uerò, oppidũ hoc ortũ uerſus à Pintia noſtra (Valladolit uulgo dicta) Tarracõenſis tractus longitudinẽ à Fortunatarũ inſularũ meridiano (unde Antiquorũ longitudinis principiũ) gradus ũdecim, Latitudinẽ uerò quadraginta duos ex Claudÿ Ptolomei geographia poſſidẽte, ſtadÿs Romanis 161. milliaribus uerò 21. ac Hiſpanis paraſangis 7. ac deniq; Gallicis 10. ne aliquis nos rei prædictæ experimẽtũ ſubterfugere, credat: aut cõÿcere ualeat: ĩmo inter ſcribẽdũ hæc ipſa, michi relatũ eſt profectò: in Oxomẽſi ſuburbio, lociq; ãœnitate ac per cælebri epiſcopatus ſede præclaro ſimillimũ alterũ fõticulũ ĩ Archidiaconi ædibus reperiri periodũ, ac uiciſſitudinẽ eãdẽ obſeruãtẽ

Oxoma uerò, à prædicto oppido ortum uerſus, rectà ſub eodē parallelo milliaribus Quinquaginta Italicis diſtat. nec minus, ad Quarti Principij propoſitam diſputationem, hæc quæ ſub ſequitur ratio ac experimentum fidem facit, nam Brumæ tem pore, niue manu contacta, primo profectò occurſu rigere manum percipimus, poſtea uerò, ubi paululum contrectaueris, Natura ipſa ſe contrarij præſentia ut defendere, ac illud ſuperare ualeat, ſanguinem, ac ſpiritus ad manum trāſ mittit, atq; eo in caſu incaleſcere manus percipimus, ubi primum, uel niue frigidorem perciperemum iam uero, calidam manifeſto ſenties: donec tandem, contrarij ui, ac potentia uictæ manus, ac quandoq; cætera omnia membra (quemad modum in Alpium iugis. ac aliorum Brumali tempore niue candicantium montium prætereuntes, congelatos uidimus) prorſus intermoriantur: nec obſtare ualebit, nos expartium agentis cuiuſuis naturalis unione, illud ipſum ſe præſtantius in ſui contrarij præſentia modo prædicto, a forma reddere, quòd nos ex niuis contactu, ſanguinem, & ſpiritus ad exteriora corporis noſtri membra à Natura tranſmutari dixerimus, quum is quidem motus unioni àduerſari potius, ac contrariari iudicabitur, nihilo ſecius tamen, ubi primum Natura niuis algorem percepit, ſe, ac ſua uirtutis inſtrumenta ſanguinem putà, & ſpiritus ōmnes, inquantum ualuit, ad internas corporis partes, tanq; adarcem reuocauit, ac non multo poſt, ueluti conſilio inito, aduerſario reſiſtendo, ac hoſti offendendo ſuorum copiam, ac partem non exiguam, ad

Reſpondetur tacitæ obiectioni, ex pulchra ſimilitudine.

debiliorem locum

debitorem locum, ac ueluti iam in hoſtis ditionem deditam, trãſmiſit: quæ ſanè, ſanguinis, ac natiui caloris particula, iterum militum more, inſui ipſius manibus tanq̃; propugnaculis, ſe ipſam quantum poteſt, ſuaſq; particulas uniens, ac corroborans ſe munire, ac defendere, hoſtemq́; propellere, operam dat. atq; ab ipſa Natura, ueluti totius ciuitatis quadam Imperatrice, auxiliares copias maioremq́;, ac denouo ſanguinis facultatem, donec, aut ipſa uincat, aut extincta ſuccumbat, expectat, & expetit: quæ quidem contrariorum mutua actio, ac paſſio, ac ueluti quædam naturalium agentium pugna, græcè ἀντιπερίστασις dicitur. hoc eſt, cõtrariorum circumpoſitio, ut eorum utrumlibet in utriuſlibet alterius ditionem, ac dominium (ut ita dicam) agere, ac ab eodem pati quoq; poſſe, neceſſe ſit. qua in re, plura afferrem exempla, niſi in re adeò & ratione, & experimento comprobata, fruſtra me laboraturum crederem: quam quidem à grauiſſimis antiquiſſimiſq; authoribus comprobatam eſſe, nulli non conſtat. inter cæteros tamen, Hippocratem dicentem aphoriſmo Primæ ſectionis. 15. Ventres hyeme, & uere Natura calidiſſimi ſunt, audire operæpertium eſt: cuius rei cauſam, ac rationem Galenus ipſe Hippocratis fideliſſimus interpres oſtendens, anti pariſtaſis prædictæ meminit: nec non Ariſtotelẽ ipſam prædixiſſe confirmat. quòd ſi Galenus ipſe Ariſtotelis loca reticuit, nobis ex eodem aliqua aſſignare uoluppe fuit. omiſſq;. 4'. de phyſico auditu libri capite octauo, ubi de Vacuo agendo, ac alijs locis etiam,

Quid Antipariſtaſis ſit, ac eiuſdem ratio.

Anitisparistiſis meminit, Duo nobis potisſimum, ex proble-matum ſectione 26. uentorum negotium tractante. 44. ſilicet & . 45. hac in re maximè ſauere uidentur: Nam Aquilonibus ſpirantibus, nos cibi auidiores eſſe, ex. 45. citato problemate Ariſtoteles docet, ac cauſam oſtendit: quia Aquilones frigidores ſunt, quum potius perſe coctioni frigiditas opponatur, ac tandem, ob excrementorum ſemi crudorum præſentiam ex frigido prouenientium, uero, naturaliq; famis appetitui repugnet. quod me Hercule, antiparistaſis noſtræ (ut Galenus prædicto exponit loco) quam doctisſimè Ariſtoteles hoc in loco, ut pote appetitus proximæ cauſæ meminerit, quam clarisſimum eſt. quum uera ſit inter alias, optima cibi coctio, naturalis, ac ueri appetitus (ut diximus) cauſa. hæc uerò coctio, ex antipariſtaſi debito loco, & modo ex frigido cauſatur, quum contra ex calido uehementi ad exteriora natiuum calidum trahente, ac uiſceribus eo priuatis, multo paucior cibi quam in Aquilonari conſtitutione coctio contingat. quippè Aquilonaris conſtitutio, dum moderata corporis noſtri reſpectu fuerit, ſanguinem, & ſpiritus ad interiora propellit, ac ibidem facta unione, fit eiuſdem maior intenſio, ac uis plura concoquens. quæ res profectò, uocata noſtra contrariorum in uirtute, & actione iuſta circumq; poſita eorum combinatione, Antipariſtaſis eſt.

Quintum, & ultimum Principium bipartitum eſt: cuius prior pars ſic habet. Corpora ſicca ac dura difficulter in preſſiones quaſq; admittunt, ſed ſemel admiſſas diu retinent. contra uerò, humida habent, quod ex Ariſtotelis Principijs manifeſtum eſt: ac Galenus noſter Artis paruæ libro de ſignis cordis ſicci pertractans, eos qui ſicco ſint corde, tarde iras ſuſcipere, ſed diu eas retinere affirmat, ac ſiccum habentes cerebrum, tardiſſimo intellectu præditos, ſed memoria tenaciſſima quæ ſemel apprehenderint, complecti oſtendit. quod quidem, & experimento comprobatum eſt, ceræ ſiquidem, multo minori negotio, quam ligneæ materiæ cuipiam, huicq; facilius multo quam lapidi, huicq;, quam ferro expeditius figura quæuis imprimitur, ac figuratur. ſed contra, quanto quidem alteri facilius imago quæuis infigitur, tanto ſimiliter citius deletur eadem, humore illam retinere non ualente. Secunda eiuſdem pars eſt. Liquida corpora, ac ſicca in puluerem redacta, melius ſe poſſe multo, ac citius ſi commixta fuerint, tranſmutare, atq; alterare, hoc eſt, ſi liquida ſolum iterſe, aut in pulurē adacta hæc corpora miſceas, ſiue utrūq; mutuo, facilius ſe altarare ualebunt, quā ſi ſolida, & ſicca eiusmodi eſſent commixta corpora. nam quū omnis actio, ex Ariſtotelis. demonſtratione loco, et capite pirius dictis, per cōtactū fiat, quanto profectò hæc corpora ſiue liquida, ſiue tritiſſima ſint, ſe pluribus partibus tetigerint, tanto fœlicior expeditiorq; actio ſequetur. quod profectò, Ariſtoteles de generatone, & interitu lib. primo, cap. uerò ſexto, atq; decimo

eoq; ultimo epertiſſimè oſtendit. in illo quippe, tactum ad mixtionem præcedere, atq; ſe mutuo mixta neceſſario tangere manifeſtat, in Decimo uerò capite, tanto melius hæc ſe tangere poſſe, quanto, aut minori mole prædita, aut quantò humidiora fuerint, declarat. quum Secundum omnes ſuas partes, (ſi utrumq; actionis, paſſioniſq; modò capax ſit) actiò, ac paſſio (quæ res ſecundum ſe totum ab ipſo agere, ac pati dicitur) procedat.

Digreſſio uaria, ac pulcbra.

Hæc igitur Quinq; naturalis diſciplinæ principia meliori quò potuimus modo propoſita, ac aliquo modo demonſtrata ſunt: quorum adminiculo, iam noſtri primi, ac potiſſimi problematis rationem, ac cauſam exponemus. prius tamen, in eorum qui refrigerandi ex uocato Nitro ſe carere induſtria fatentur gratiam, modum, ac formam exponere (ne quicquam intactum, quod præſens negotium attingat omittamus) placuit. qua in re, & horum Magnatum familiaribus hoc munere fungentibus, ac non paucis fortaſſe medicis, quidum frigidam ſic paratam, dare affectant, ob eius rei ignorantiam, in errorem incidunt non comtenendum, nos facturos remq; gratiſſimam ſperamus. Quòd uerò, medico aliàs ſtrenuo, michi, & alijs non paucis familiaritate, ac neceſſitudine arctiſſimo coniunctiſſimo contigit, audire placeat, qui dum frigidam febricitanti uehementiſſimæ per æſtatem febris ardore tabeſcenti ferè, pararet, ac ſe, ueluti ex niue, aut glacie (in aquam harum rerum ſubſtantia diffuſa) ſic ex uocato Nitro tutò uti poſſe exiſtimaret, miſerum febricitãtem

Caſus duo annotatione digni, ac de medicorũ ratione nonnulla conſideranda.

adſũmũ incendium, ac corporis conſimptionẽ (niguſtuægrotus id facilè apprehenderet) paulo minus perduxiſſet. ũde, nec iniuria Plinius, qui ſanè meo iudicio, rectius, ac penſiculta tius medicorum negotium quantum docti, ac Naturæ operum ſolertes indagatores an contraſint, referat, per tractauit. 29 libro, Cap. uerò. Primo dixit: magis quandoq; ab imperito medico, quam amorbo timendum eſſe, quum ægrotorum periculis Medici diſcant, & nulla ſit lex, quæ huius modi capitalem inſcitiam puniat. atq; experimenta per mortes agant, medicoq; imperito, non quales (Dij ita faciant) apud Principes eſſe debeant, hominem occidiſſe, ſũma impunitas ſit. quæres ſanè, ita latos aperit campos, ut dicendo potius, quam enumerando deficerem. inter alia uerò, hanc rem ſemper miror non parum, Pintiani cuiuſdam pharma copolæ, qui quum catapotium quoddam ex uocato Opio ſomni conciliandi gratià, à doctis medicis neceſſitate uegẽte cõmendatũ fuiſſet, tyrunculo cuidam famulo, eam prouintiam abſoluendã reliquit: qui profectò, quum adhuc Seplaſiæ expers, ac ponderum, & menſurarum ignarus eſſet, multo maius hoc efformauit, ac miſeræ ægrotæ deuorãdum porrexit. quæ tandem, ita Epimenidis ſuperabit ſomnum, ut ſolum ad uniuerſalem corporum Reſurrectionem excitandam ſperemus. unde ſanè, non ſolum condolendum eſt Princeps Illuſtriſſime, immo uerò cõmiſereſcendum magno pere, quòd uitæ noſtræ ſubire diſcrimen, tot, ac tantis de cauſis quæ ferè numero in comprehenſibiles ſint, contingat. quade cauſa, nec abre Hippocrates

medicorum lumen, ac emunctiſſima lucerna dixit Oraculorum ſuorum Primo, Vita breuis, Ars longa, Iudicium diſficile, Occaſio præceps, Experimentum periculoſum, nec ſolum ſe ipſum præſtare oportet, opportuna facientem, Sed ægrotum, aſſidentes, & exteriora, quibus de cauſis, medicum. in omnibus non ſolum diligentem eſſe oportere, ac opportuna facientem, ſed ante omnia CHRISTI *auxilium (qui uerè languores tollit) inuocaturum, clarisſimum eſt. nec minus, indiſciplinis ipſis nocctu, diuq; uerſatos neceſſarium, ne apicula aliqua (quod uitium in medicorum, libris piaculare eſt) aut inuerſa, aut præpoſterè adcripta, (qualis demittendo ſanguine in pleuritica inſlámatione hac noſtra obcodicum errata tempeſtate contigit) hominum millia morti tradat. ideoq; Principes, ac Magnates uiros pietate Chriſtiana oportere aſſero maximè, medicos doctos, ac dei obſeruantisſimos, qui non lucri tantum gratia, ſedpotius animi charitate erga pauperes, ac ſibi proximos (quos mercede honeſtare congrua par eſt) familiares ad manum habeant. ita, ut in morborum diſcrimine, non ſe triuialibus eis medicis, qui tantum (ut Galenus methodi Medendi Primo melius deplorat) ueſtibus oloſericis induti, popularem auram, ac inane nomen captantes, pecuniæ tantùmodò congerendæ perfas, ac nefas operamdant, ſe tanto uitæ, ac ualitudinis ſuæ detrimento còmittere neceſſarium ſit.*

Modus igitur ex uocato Nitro *refrigerandi ſic habet.* Vaſa *duo præparantur, quorum alterum cauum ſit altum, & latum, in quo aqua uocatum* Nitrum *contentura, immitti debeat,* Alterum *uerò, quod prædicto breuius eſſe poteſt, Sed tamen refrigerandi potus capax ſit oportet, quod in prædicti capacitatē optime contorto oſculi operculo adaptatoq;, ac ceruice prælonga, manu apprehenſu facile, ac uentre ſpherico, ac lato circumuolui liberè poſſit, ac facilè circum agi in*

Modus. aquam, aut quæmuis alium humorem ex uocato Nitro refrigerādi



quo refrigerandus potus, aut humor immittitur, ſicut in priori cauo refrigerans aqua collocatur quæ duo uaſa, his nominibus à me Cauū uas*, ac* Sphericum *appellata, his imaginibus figurari curauimus quibus diſpoſitis, in* Cauū *uas, inquo ſphericum immiſſum eſt potum continens, aquæ debitam copiam, atque totius uocati* Nitri *duas tertias partes īmettentes, ſubitò uniformi, continuo, ac lento motu, eodèm ſemper uerſus, circum ferre* Sphericum *collo apprehenſum incipies, ac quò ulterius proceſſeris, tanto magis uaſculi circumlatio nem accelerabis,*

nec aliò uaſis huius motum conuertes; quippe, & ratione, & experimento id probatum eſt, oppoſitis, ac contrarijs motibus operam, ac opus ex noua, ac diuerſa inde agentium, ac patientium partium applicatione proueniente perdi: ac inde longe alium, uel ut non æque refrigeretur, aut ut citius in incaleſcat, effectum prouenire operæ pretium eſt. nec non, experimento hoc idem (ut diximus) apertisſimè coquorum teſtimonio confirmatur: quippe, condimenta ſimplicia omnia liquida, ac ex uarijs etiam cõmixta rebus, ubi primum, contrarijs motibus agitare inceperis, ac circumferre, corrumpi uidebis. quòd ſi oppoſitis motibus uas circumferre, ex aliquorum placito libuerit, id iam manifeſtò refrigerata aqua, creberrimis, ac uelocisſimis motibus, ut omnino aquæ, Nitriq; posſibilis partium applicatio fiat, (ut inde ſũma frigiditas prouenire ualeat) efficere debes: atq; opus ſit, iam prouenientis frigiditatis gradum, ac intenſionem (Punctum dicimus) attentiſſimè manu ipſa non ſemel admota contemplari. quo tempore, reliquam tertiam uocati Nitri partem, in Cauum uas, non unico tractu, ſed dimidiam eius partem, ac paulò poſt, medietatem eiuſdem alteram in mittito: quippe, hæc totius Sexta pars ultima, ac ſi colophonem aquæ, ac uocati Nitri concertationi adderet, ſic proeo ſtatu, poſſibilem omnem in aqua frigiditatem acquirit: ac inter hæc duo agentia, ac ſimul patientia pugnam iterum poſtremam, ac peracrẽ quũ adhuc aqua ipſa Caui uaſis, Nitri uocati uiribus reſiſtere ualeat, excitat. cuius rei experimentum Principum horum

familiares

ſamiliares artifices (cellarios uocant) apertiſſimè norunt, ac rationem adſcripſimus. Nec *prætereundum ſilentio eſt, quum in maiori quanto ex* Naturalium *ſententia (dummodò cætera paria ſint) maior ſit uirtus, quanto uaſa hæc maiora, atq; aquæ, & uini debita porportione obſeruata, capaciora fuerint, uti in* Principum *ſplēdidisſimis conuiuijs, ac amplisſimis ſympoſijs uidemus, tanto preſtantius refrigerari hæc omnia, ut profectò, nec deguſtare quibus non in uſu fuerit antea, tutum ſit.* Proportio *uerò ponderis uocati* Nitri *ad aquam meo iudicio (ut unico uerbo abſoluam) erit ſubquadrupla, plus, minus ue.*

Aquæ pōdus, ac quantitas ad uocatū Nitrum quadruplaeſſe debet ferè.

Ad *rem igitur iam accedendo, atq; problematum enodationē dicimus: uocatum* Nitrum *quum natura ſua, ac ui ſit, ut ex tertio principio innotuit, adeò calidum, ac ſiccum tantopere, quumq; aqua ipſa ex* Secundo *ſimiliter principio ſuapte natura ſummè ſit frigida, atq; fortaſſè (quod ego facile concederem) ſūmè ſit humida, ſequitur inde quam clarisſimè ubi primum aqua uocatum* Nitrum *in ſe admiſerit, ac receperit oppoſitam, & mutuam reactionem (ſi fas eſt dici) ac paſſionem, quum ea ex* Ariſtotele Primo *de generatione, & interitu libro, capite uerò* Decimo, *in eis quæ eadem materie conſtant, facile admitti ſoleat, inter hæc duo naturalia agentia, contrariaq; facultatibus, ac eorum temperamentis, incipere, perneceſſarium eſſe. nam quomodo duo facultatibus contrarijs agentia prædita naturalia, ſimul ſe tangere, ſine mutua ipſorum actione, ac pasſione ualebunt: hinc igi*

Omnium per ſeriem problematum expoſitio.

tur eſt. quod horum utrumlibet ut alterum ſibi ex Ariſtotele, libro de generatione, ac interitu Primo, capite 7. aſsimilet, ac ut ab eodem ſe defendere ualeat; atq; ex Primo Principio ſeſe conſeruare posſit, in alterum agat. ac per conſequens; ac ex accidenti patiatur. qua de cauſa aqua ipſa in ſui contrarij præſentia ut ſe conſeruet, ut diximus, atq; ipſum tranſmutet, ſe totã, ac ſuas ipſius partes perdictã ἀντιπερίστασιν reconcẽtrando, atq; magis uniendo, multo frigidior, ut Quarto ex Principio declaratum eſt, immò ſumme frigida redditur, apparetq;. nec minus, eo tempore uocati Nitri partes internas potentia calidiores multo redditas crederem: quod experimento guſtui applicitis comperies clariſſimè. dicimus uerò potentia, nam, & actu ſunt qualitates elementorum, & tactu perceptibiles, ut ignis calor, atq; aquæ frigus, atq; aliæ potentia tales, quale noſtri uocati Nitri temperamentum, eſt potentia tale, quæ actuatione Naturæ tantum manifeſta indigent; quale quoq; piper eſt. quæ quidem huius generis medicamenta, ex Galeno libris de temperamentis, atq; ex Arabe Principe canonis ſecundo; manifeſtiſſimè intelliges. nec, quòd aquæ frigiditas actualis, potentiali uocati Nitri calori opponatur, mirum eſt; nam eadem ſubelementari materia uerſantur, ac per motum ad actum latitans temperamẽti elementaris potentia (quemadmodum in herbarum de coctis ſæpe uidemus) ducitur, ac manifeſtatur: ita igitur, frigida aqua in qua uocatum Nitrum circum actum eſt, ex mutua omnium ferè partium applicatione, ac earum cõmixtio-

Duplex qualitatũ primarũ in medicamẽtis diſcrimen: quarum potentiales, ab aliis ſecũdæ rectius uerò Primarum ſecũda claſsis dicentur. Reſpondetur tacitæ obiectioni.

ne (quum alterum humidum corpus , ac alterum ex motu , & humore natura frigido , ipſum uti calidum diſſoluente , ac in pollinem adigente, quibus cauſis ex Quinto Principio aptior fit partium cōmixtio, ſint(frigidisſima hoc pacto red ditur. nam Cauo in uaſe , aqua uocatum Nitrum continens refrigeratur , quæ ſphericum uas refrigerat , ac demū, hoc ipſum contentum potum frigidum efficit. qua in re, nec ipſius Naturæ ordini diſſimile quicquam euenit, ut potè quòd , ex Ariſtotele phyſicorum 7 . ac capite Primo , omne quod mo= uetur, ab alio moueri neceſſe ſit, ac ad non motum motorem deueniendum eſſe manfeſtisſimè ab ipſo probatur: nec ſecus, hoc idem ex Ariſtotele Primi Meteoron capite y. Primum motorē, ſeu Primā cauſam cœlos ipſos mouere , ac ex ipſis elemēta hæc inferiora, his uerò cætera corruptibilia moueri clarū ē. nec ab re, corruptibilia diximus, ut potè quæ, ſola aīæ rationis participis arbitraria facultas q̄ tūq; ſuperiorib' circū lationibus inclinetur aliquo modo, tamē ex optimè philoſo= phantiū ſentētia, nūquā in hanc, uel illā rē magis eligēdā fle cti, ac neceſſario cogi cōtinget, ſed potius , ſui iuris, his lationi bus, ac aſtris minimè ſubdita, ſed ſibi libera, ac cōſtās eſt. quā ſententiā, ita ut philoſophi concedunt , ſic quoq; Sacra ipſa Pagina(quæ nec ueritatis latū ūguem tranſilire poteſt) cōfir mat. Nec quòd ātipariſtaſi iā præſente uocatū Nitrū tactu ca lidū nō percipitur, īpedimēto erit: tū, quod nō actu calidū, ſed potētia potius, ſupra nos uocatū Nitrū eſſe, diximus: q̄ quidē potētiam ſe ipſa, ante aquæ, ac motus applicationem multo

Cauſarū ſubordi= natarum digeſtio, Naturæ ordo.

Reſpon= detur taci tæ obiecti oni.

efficaciorem ſi guſtui admoueas, experimento, uehementi ex morſu percipies; tum etiam, quòd ex Quinto; atq; ultimo dato Principio humida citius multo ſiccis alterari, intelleximus, ideóq;, ſi aqua citius alterata, ſuam nobis frigiditatem, quàm uocatum Nitrum calorem, poſſit oſtendere, nobis offerat, nec àratione alienum erit: quod ſic eſſe, manifeſtiſſimo experimento comprobatur: nam in horum duorum contrariorum pugnæ fine, non ſòlum uocatum Nitrum, & calidum redditum eſſe, cognoſcimus: uerum enimuerò, ita efferueſcere, ut in flatum, ac fumoſum halitum aquam ipſam digerat, clariſſimum ſit. atq; ſi exulceratas fortè corporis noſtri particulas aliquot offenderit, eas multo acriori, ac triſtiori ſenſu afficere intelliges. Eſt enim Potentialis qualitas quæuis, eius naturæ, ac modi, ut quadam Naturæ ſecreta, ac ipſi tantum, à priori, & propter quid cognita ui, nobis aùt ab effectu manifeſta, in actum prodeat, atq; ad ſui ipſius manifeſtationem in noſtrò corpore, eiuſdem Naturæ operatio quædam (Actuatio Naturæ dicta) prærequiratur, ut in pipere quod quidem tactu perceptum, ad circumfuſi aeris qualitatem alterat: at uerò, ſi guſtu atteras, calidiſſimum potentia offendes, quod ſi in communi pipere uerum hoc eſt, in Indico Hiſpanorum uulgo ſic appellato (quod ab ipſis inde ex Nouis inſulis delatum, in noſtris iam hortis ſubarboreſcens habemus, multo eſt uerius, ac manifeſtius: quod tactu cuiuſuis caloris expers, ſi ſemel, uel ſummis labijs attriueris, ignem efferueſcentem per interualla tibi admotum exiſtimabis, quemadmo-

Quæ ſit occultæ temperaturæ proprietas.

dum quoq; in uino, quòd licet potentia calidum ſit, crebrò tamen ita frigidum actu bibitur, ut noſtri corporis compaginem uniuerſam refrigerari, manifeſtò percipiamus, ac demum, non multo poſt, ubi uentriculi facultas, ac natura id ipſum coquere, ac alterare cœperit excalfacere nos uehementiſſimè incipit. quæ actio ut diximus, à medicis, ac ſummis philoſophis medicamentorum potentia talium Actuatio *dicitur. id eſt, latentis uirtutis medicamenti aſſumpti, aut appliciti* Naturæ *opera manifeſtatio. quo uerò modo, hæc* Naturæ *operatio, ac quando ea fiat, nec minus, ſi idem ſit, an diuerſus in calidis, & in frigidis medicamentis, in exterius applicitis, et in intro aſſumptis actuationis modus, non meum eſt, in præſentia modò (quum de re hac præclari uiri, & medici, ac philoſophi egregij inter ſe diſſentiant) ita temerè diffinere: ſed ſa teſt, nos, & exactius, & abſolutius quò potuerimus, noſtri* Primi *problematis rationem, ac elucidationem explicuiſſe. quum medius fidius, non poſſim, non mirari uiros perdoctos non paucos, inter quos unum potiſſimum, eúmq; aliàs bonarum litterarum ſtudioſum, qui paucis ab hinc diebus, quum fortè familiari colloquio, hanc rem pertractaſſemus, id profectò uirtute temperamenti occulti in uocato* Nitro *latitantis, potentiam refrigerandi habentis, prouenire contendebat. quod profectò, nil aliud eſt, quam uocatum* Nitrum *potẽtia frigidum dicere, quum contra nos ualidisſimis, ac efficacisſimis rationibus potentia calidum eſſe, probauerimus. quòd uerò, idem medicamentum, & potẽtia calidum, ac ſimul potẽ*

Quid ſit medicamentorũ Actuatio

tia frigidum ſit, quùm idem in quantum idem, et eadem ratione, ſibi diuerſum ex philoſophorum ſententia eſſe nequeat, ridiculoſum eſt, quiquidem in cæteris peritiſſimus medicus, nec quomodo hæc uocati Nitri adminiſtratio fieret cognouerat, nec minus uocatum Nitrum guſtu unquàm apprehendit, ut inde facilè poſſet uirtutem eius, ac temperamentum cognoſcere, ad cætera igitur huius noſtri propoſiti explicanda procedamus. prius huius primi problematis parte altera expoſita, ac prius elucidata, quùm igitur omnis motus localis non ſolum in animantibus, uerum in non animantibus, mixtis potiſſimum, calorem manifeſtum excitet: quid eſt? quòd locali motu, aqua frigidor redditur? quùm potius, calidam reddi oporteat quòd uerò animãtia motu incaleſcant omnia, per ſe clara, ac nota omnibus propoſitio eſt, ut pote quæ animalia ubi frigere cæperint ſeſe exercere locali motu uel ſola Natura id demonſtrante donec incaleſcant incipiunt; in non animantibus uerò, experimento quoq; comprobatum eſt, ex motu namq; atq; attritu lapidum, non ſolum calorem excitari, uerum, et ignem ipſum accendi; pluries uidemus, quale quoq; in funibus pergrandia, grauiaq; põdera trahẽtibus, cõtingit. qui niſi continua aqua refrigerante humeſcant, inflãmatione, ac incendio corripiuntur, comburunturq;. nec minus, in currum rotis, niſi humectante materia foueas, axis ipſe quàm citiſſime igne conficitur, quibuſquidem experimentis, & ratio ipſa non parum fauet, nam quum ex locali motu partes omnes concutiantur; igneæ mixtorum partes excitatæ, quæ

Quod localis motus calorem ſuapte natura excitet, multis exemplis, ac ualida ratione probatur.

in centro latitabant, quieſcebantq́;, ad corporis circunfe-rentiam educentur, quum ignis natura ſit à medio ſemper recedere, ideoq́; partes huiuſmodi in corporis ſuperficie ma-nentes, quum non quò amplius confugiant ſit, ſe mutuò fricantes, calorem augent, atqui ignem accendunt; ſi ue-rò aqua ipſa caui uaſis prædicti motu agitata, non incaleſcit in uocati Nitri negotio, ſed potius refrigerari contingat; id profectò, non per ſe, ſed ex accidenti prouenire, clariſ-ſimum eſt: quippè ex motu ipſo, omnium aquæ, ac uoca-ti Nitri partium quàm citiſſima commixtio, ac applicatio fit, unde breuiſſimo interuallo antipariſtiſi cauſata, hæc ipſa, aquæ partes frigidas efficit: atqui motus naturam, ac operationem ſuapte ui excalfacientis anteuertit, ita, ut breuitas temporis antipariſtiſim cauſantis, ac perconſequens aquam refrigerantis, motus tardam operationem obſcuret, quemadmodum in ſuperioribus motis aſtris contingit, uelo-citas quippè Primi mobilis aliorum inferiorum orbium op-poſitum motum obſcurat: nihilo ſecius tamen ſemper inferio-res orbes motum ſuum (ut certiſſimis demonſtrationibus com-prehenſum eſt) proſequuntur, ac obſeruant, nec diſſimi-liter in locali motu contingit, qui pro uiribus, ac Natu-ræ impetu calorem gignere tentat, tamen ab Antipariſti-ſi anteuertitur; quùm omne agens in tempore ſuæ naturæ determinato agat, ac operationem perficiat; ita profectò; ut localis hic motus aquæ, præter ſui intẽtum; ac naturam ex ac-cidenti tantum, ipſam refrigeret; ac minus ob tarditatẽ ſuã;

Similitu-do ex ſu-perioři-bus orbi-bus.

ad calidi productionem iuuare poſſit, quam ueloci partium uocati Nitri ad aquam, & èconuerſa applicatione frigiditatem inducere ualeat: ut potequi, Nitri uocati partes comminuat atq; in humidas, liquidasq; aquæ internas partes Nitri ipſius particulas impellat, atq; commiſceat: ut facilis ſit unius cum altera contentio, ac pugna: Nam ex Quinto principio, humida, & liquida cum ſiccis in pollinem adactis, facillimè commiſcentur, licet non æquè, ut inter liquida tantum commixtio fiat. & hoc eſt, quod nos monuit Princeps Arabum Auicenna fen iiij. 1. Cap. 11. caue ne te decipiat impreſſio accidentalis. tantumq; harum partium mutua applicatio præ ſe ferre certum eſt, ut ſine uocati Nitri mixtione, ſolum locali motu circulari, ac lento, tempore æſtiuo uulgares homines ligneis, aut æneis in uaſculis ampulas uitreas uino, aut aqua plenas immittentes, ac circum ferentes refrigerare uideamus: nulla alia ratione potiori, quàm aduerſus localem motum calorem ſua natura producturum, partium aquæ ſe antea non tangentium applicatione maiori, quod uerum eſſe, manifeſtò ex eo probatur, quod ſi motum intenderis aquam ipſam iam, aut uocati Nitri participem, aut expertem incaleſcere uidemus motu locali ſuperante ipſam Nec obſtat, aquam ſimplex corpus elementareq; igneis partibus priuatum eſſe, minimeq; ex locali motu calefieri poſſe: tum quia non purũ elementum eſt hæc noſtra elementata aqua, ſed multis excalfacientibus partibus admixta, tum etiã quòd aere ipſo circumacto, incaleſcet aqua facillimè motu locali perſeuerante, ac tertio quod ipſius uaſis

Familiare ac uulgatum refrigerant di potum ingenium.

circumacti

circumacti partes igneæ excitatæ ipſam aquam excalfaciant. quòd etiam, eo ex teſtimonio corroboratur, quòd ex modico igne plus corpora noſtra (ſi undiq; circunfuſus ſit) incaleſcant, quam ex multo nos parum attingente, quæ partium omnium applicatio ſecundum ſe totum agere, ab Ariſtotele loco ſupra citato, appellatum eſt, ac ſic nobis primi, ac potiſſimi problematis ratio, ac elucidatio ſignata eſt, reliquum erit, ad cætera declaranda progrediamur.

Secundo problema ti reſpondetur.

Atq; hinc patet ad ſecundum problema perfacilis reſponſio. nempe, quod ſine circumlationis motu difficilis, ac tarda erit aquæ uocatum Nitrum continentis infrigidatio: eo potiſſimum, quod huiuſmodi partium contrariantium applicatio, atq; commixtio momentanea, ac breuiſſimo in tempore fieri nequeat: eo maximè ſi uocatum Nitrum in aquam ipſam, non attritiſſimum, ac minutiſſimum in pollinem redactum infunderetur: quòd ſi eſſet aliqua, ea lenta, ac tarda (ut diximus) fieret commixtio, ac perconſequens infrigidatio, quod ſi fortaſſe, tanta, ac tam celeris ſine locali motu, quanta ac qualis eo mediante, aquæ uocatiq; Nitri partium commixtio fieret, tanto profectò, aqua frigidior redderetur, quanto ex ipſius localis motus natura, ac ui demitur, ac diminuitur, quæ uocati Nitri quantitas ad aquam infrigidandam tanta eſſe debet, ut nec facilè ſuperet: nec nimis breui ſpacio ſuperetur: ſed ut modò agere modò utrumlibet pati poſſit. Sciendum tamen erit, his (debita proportione obſeruata) auctis, ac ſupercreſcentibus quantitatibus, aquæ quoq; fri-

goris uehementiam augeri, ac ſuper creſcere, conſulendum uerò iudico. ſiue locali motu, ſiue quiete potiùs frigiditatem comparare placuerit, quàm attritiſſimum uocatum Nitrum aquæ immitti debere: quòd ſubſtantia dura quum ſit, ac terreſtri, atq; ex frigore (ut capite de huius confectione ſupra diximus) concretum, tardiſſimè, aut nunquàm ſine locali motu liqueſcet, ac perconſequens tarda commixtio, ac nullius momenti erit: quodquidem, ex Ariſtotele, Meteorō Quarto, cap. 6. atq; ex Principe Arabum Auicenna lib. ij. tractatu, 1. cap. 3. uerum eſſe confirmatur: nam ex frigido concreta, calido, & ex calido, frigido liquida reddi aſſerit, ac experimento probatur. ideo quàm attritiſſimum ut præſtantior contrariantium particularum commixtio fiat, immitti oportet.

Tertio problema ti reſpondetur. *Ad tertium uerò problema reſpondendum quàm facillimè cenſeo. nam ubi primum aqua quæ ex uocato Nitro ſummè refrigerata eſt, ac uigorem frigoris ſummum attigit, iterum inclinare incipit, atq; incaleſcere demum, idq;, & citius, ac intenſius multò, quàm infrigidata fuerit: qua de cauſa, ipſam iterum ex alio uocato Nitro ſuper addito infrigidari poſſe, minimè arbitror. Sed potius, ſi frigidam bibere cupias alteram denuò allatam aquam, ac recens aliud uocatum Nitrum (ut ex ſimili pugna frigiditas aquæ ſubſultet) afferre, atq; apponere oportet. Nec obſtat, aquam ex igne, uel ſolis calore efferueſcentem, iterum uel ſponte infrigidari: nam ea potiſſimum ratione, ac eadem de cauſa, hæc ex*

uocato Nitro incaleſcens aqua, non infrigidatur, quùm per totam ipſius ſubſtantiam uocatum Nitrum quod ignea potentia eſt præditum, ex motu locali, & partium commixtione diffuſum, eam calfaciat perpetuò. ita ſanè, ut iam ad uocati Nitri naturam, ac temperamentum aquam immutari, uideamus. eo maximè, ſi ex nouo addito uocato Nitro, quũ ignis rationem obtineat, infrigidari ipſam tentemus, quodquidem per ridiculum cenſeo. aquæ uerò, ex igne, aut ſole caliditatis diſpar omnino eſt ratio: quùm deficiente conſeruante cauſa ſubſtantias ipſas nedum accidentia corrumpi, contingat. eoq; ad priſtinum ſtatum, ac temperiem aquam ex ſole, aut igne reduci, rationi conſentaneum eſt, ea ipſa potiſſimum aquæ frigiditate manente, quùm ex toto corrumpi, potuerit minimè, aliter quippe, nec aqua ipſaq; quùm omnis forma ſubſtantialis, nequaquam ſine determinatis diſpoſitionibus in materia, aut conſeruetur, aut ex ipſius potentia educatur, perduraſſet.

Ad quartum uerò dicere oportet, liquorem quemuis in quo infrigidatio hæc debeat fieri, frigidum ſuapte natura eſſe debere. ut potè, aquam, niuem, acetum, nec ita adeò ſufficere, ſi actu frigidum ſit, potentia uerò calidum, quemadmodum uinum eſt. quamprimum enim, actualis illa frigiditas ubi uocati Nitri naturam ſenſerit, corrumpitur. **Quarto problem. reſpondetur.**

Si uerò, & potentia, & actu huiuſmodi humor frigidus eſſet, & ipſe multò præſtantior eſſet. atqui, ſi aqua leuiter ſalsedinis particeps eſſet, huic negotio præſtando,

quàm aptiſſima eſſet, quippè quæ, etiam ſi non æquæ, ac dulcis, frigida ſit, ac tardiori multò infrigidationi expoſita, eo tamen nomine potiſſimum iuuat, quod frigiditatem ſemel acquiſitam, diutiſſimè ob ſuæ ſubſtantiæ craſſitiem retinet. ac ſic, utilitas ſit, ex mora conſeruatæ frigiditatis multò maior, quàm ex tarditate eiusdem acquirendæ detrimentum, quodq; ſalſa aqua, aut putealis, aut marina ſi eſſet, nulli hac in parte ad eam rem aquæ cedere iure poſſet. unde, & pluuiales, ac inſtillatitias omnes ab arte, aut Natura aquas ad hanc rem (ob ſuarum partium tenuitatem) minus aptas eſſe, clariſſimum eſt, quæ ſubſtantiæ mediocritas; ad craſſitiem aliquo pacto inclinans, ad hos uſus pernecesſaria quũ ſit, ſi fortè ualde craſſa ea occurreret, leui quadam ebulitione tibi aptam, atq; ad hanc rem præſtantem efficere ualebis: quemadmodum, & in uino rubeo potiſſimum, & craſſo quod experimento, atq; ex Ariſtotele, problematum ſectione. 34. problemate uerò. iij. atq; ex Auicenna, ſen. iij. 1. cap. 3. doctrinæ ſecundæ de regimine aquæ, & uini, leuiter dilutum, citius caput mero ipſo tentare ſolcat, ob acquiſitam ſolum ab aquæ partibus tenuitatem, ac faciliorem penetrationem, quod quoq; in ſubmordentibus, ac abradentibus uinis in Italia hyberno tempore (apud Magnates in ſummo pretio habitis) cõtingit quæ quidem, diluta modicè, multo magis linguam, ac palatum quam mera quùm ſint, rubea potiſſimum, ut potè albis conſiſtentia craſſiori prædita mordere ſoleant.

Vinũ rubeum dilutum leuiter, citius caput quam merum tentat.

Ad Quintum uerò problema, iam ex ſuperiobus duobus locis reſponſio clariſſima eſt: nempè, quòd uocati Nitri ut pluri=mum quantitas, pars Quarta, aut Quinta ad minus, ponde=ris ipſius aquæ eſſe debet: ita ſanè, ut nec aqua quàm pri=mùm ſuperet, nec illico ſuperetur, ſed potius, per aliquod temporis ſpacium, mutua, utriusq; actio, ac mutua paſſio durare ualeat. ut plurimum uerò diximus, quùm aliquan=do, uel ex aquæ partium, ac ſubſtantiæ tenuitate, uel eiuſ=dem craſſitie, maiore, minoreuè, nec minus, ob uocati Ni=tri uim, ac robur maius, uel minus immutari iſthæc facilè (rarò licet hæc omnia coniungi ſoleant) poſſint. Quinto problema=ti reſpon=detur.

Sexto ſic reſpondetur: aceti aliqua particula putà Quinta, aut Quarta aquæ ponderis quantitate, ipſo uocato Nitro, atq; aquæ ſuper addita, eorum præſtantiam, ac faciliorem pe=netrationem, commixtionemq; adiungeret: ac inde frigidi=tas ex conſequenti maior eſſet, ac uehementior multò: ita, ut nec labijs fortaſſe admoueri, tuto poſſet, quùm facillima ſit, horum contrariorum (ut diximus) aceti ui, ac facul=tate alterans commixtio, ac ad interna facillima penetratio quæ penetratio profectò ad hos, & id genus effectus obtinen=dos, non parum refert, quùm nos experimento cognoſca=mus, aquam cui uini parum admixtum ſit, multò citius, ac magis multò corpora noſtra alterare, refrigerareq;. nec minus, ex Principe Arabum medicorum Auicenna canone Secundo, tractatu Primo, capite uerò Tertio, acetoſa, pu=tà mali Medici (arantium uocant) ſuccum, acetumq;, ac Sexto re=ſpõdetur. problema=ti. Quantũ referat partium agentiũ facilis, ac cita pene=tratio. Aqua ui=no modi=co admix=ta ocyus refrige=rat.

acetoſæ ſuccum, ac citri mali cuiuſuis, ac id genus cætera ponticis ipſis, ut putà malo cotoneo, oliuiſq; (licet hæc frigidiora illis temperamenti ui exiſtant) minus uerò quàm illa ob partium facilè penetrantium abſentiam infrigidare, quæ Principis ſententia de ſtypticis, & acetoſis habetur: nos uerò in ponticis, ac acetoſis ad maiorem fidem exemplum tulimus. quòd ſimiliter in rubeis roſis Plus albis infrigidantibus, ob calidarum partium admixtionem penetrantem: quam color ipſe ateſtatur hoc idem facientibus contigit.

Septimo reſpondetur.

Septimo uerò problemati dicimus: eo tempore quo uocatum Nitrum circumactum, ferè omnino eſt liquidum factum, nos eo tempore aquam ſummè frigidam redditam iudicaturos eſſe. Dicimus uerò ex induſtria omnino ferè, nam eo tempore, & multa, ac acris contrariorum pugna præceſſit, & minimè à uocato Nitro in eo ipſo certamine aqua ſuperata eſt: ſed potius, ipſius uocati Nitri partes aliquot, ab ipſa ſuſcipiendæ aqua, reliquæ ſunt, quæ ubi primùm, ipſam alterauerint, iam incaleſcere, ac ſuperari ab admiſſo uocato Nitro incipiet. Aduertere uerò Cellarius miniſter ne in re hac decipiatur facilè, debet. nam quùm nos ex spherici uaſis ac uocati Nitri in cauum uas infuſi conſtatu, ipſius adhuc aliquot partes, aut contra nullas adeſſe iudicemus; quòd his non perceptis uocati Nitri partes, abeſſe (quùm res contra & habere poſſit) exiſtimemus, nos quoque decipi facillimum eſt, eo potiſſimum, quòd ex

circumactæ in cauo uaſe aquæ ſubleuatione, ipſius uocati Nitri partes adhuc integras ſurſum tolli poſſe, non admodum præter rationem exiſtat.

Octauo ſimiliter, ex cuius intelligentia undecimi quoque reſponſio habetur, ex Tertij problematis ſupra iam expliciti ſententia reſponſio eſt manifeſta, ac facilis: nam ubi primum, ex uocati Nitri ui, aut facultate aqua incaleſcens, refrigerari iterum minimè contingat. neceſſe eſt, ut potus ipſius frigiditas augeatur, aut ſaltem conſeruari poſſit, aquam alteram, atq; ex nouo uocatum Nitrum cauumq; uas alterum, iam ad hunc uſum ad manum parata afferre. in quod cauum uas (pro Vndecimi problematis ſolutione) Sphericum uas, hoc modo frigidam aquam ut conſeruet, immitti deberet. aut in aliam quouis ingenio frigidam aquam Spericum uas collocabimus. *Octaui problematis reſponſio, ac undecimi,*

Nono autem problemati hoc modo ex Ariſtotele reſpondendum cenſeo; quòd licet ita contingat, eandem cauſam in diuerſa ſubiecta agentem, diſtinctos effectus producere: id uerum eſſe, quando ea in omnibus diuerſa fuerint, quùm re tamen quapiam cuius gratia actionis contrarietas fiat, conueniant, nihil in diuerſis ſubiectis ſimilem, ac ſpecie eundem effectum produci poſſe, impedimento erit, uerbigratia uinum aquaquè temperamentis differunt, hæc *Noni reſponſio.*

quippè frigida eſt, atq; humida, illud uerò, potentia caliſ dum eſt, quando igitur ita erit, ut uinum potentia calidum ſit, actu uerò frigidum exiſtat, ut aqua ipſa quæ ſuapte naſ tura frigida actu, ut plurimum, & potentia ſemper frigida eſt, actuali, ac præſenti frigiditate hæc duo contraria conſ ueniunt. in qua ratione ex uocati Nitri uirtute, utrunque infrigidabitur, quod me Hercule, carnis temperamento caſ lido, humidoq; atq; oſſis frigido, & ſicco, nec minus, ceræ, ac terræ temperamentis quum ſint contraria; diſſimillimum neceſſario contingit.

Decimo reſpondetur. Decimo quoq;, problemati facilè reſpondendum erit, uaſa hæc duo, Spericum maximè potum continens, ex materia quapiam ſolida cuiusq; etiam uitioſæ naturæ experte, putà ex argentea (quam ſummopere approbo, efficienda eſſe, atq; Spherici uaſis ora, ac eiusdem ſuturas adeò accuratè compacta, occluſaq; eſſe conſulo: ut nec minimum quidem uocati Nitri ſubingredi ualeat, licet, hac in re nequaquam ignoſ rantia ſub ingreſſi uocati Nitri decipere nos poſſit, ut potè quod, mordacitate ſua, atq; amaritudine palatum, ac guſ ſtum ſtatim afficiat, atq; moleſtet.

Vndecimi elucidatio ſupra aſſignata fuit. Vndecimi uerò problematis reſponſio, iam ex octaui ſententia, ac ſenſu ſupra nobis fuit demonſtrata: ac pro uiribus explicita eſt.

Duodecimo

Duodecimo deniq; , paulò altius conſiderantes , reſponden= dum ſic iudicamus . uel ita refrigerante potu nunquam uten dum eſſe , niſi in caſibus inter initia uocati Nitri uſus expli= citis , atq; iam paulò inferius latius explicandis , uel id po= tiſſimum , incunte Vere putà à February .xx. menſis plus minusuè , in Aprilis .xx. quoq; admittendum eſſe , quòd , ut ad horum Principum delicias magis attineat ; ita eo tempo= re , ualetudini ob temporis ſalubritatem minus multò nocere poſſe , uideatur , atq; eo tempore , aliquantulum neceſſitas ipſa refrigerantem potum interaneis uniuerſis ferè aquis , te peſcentibus , expoſcere uideatur : nec minus hæ ipſæ ratio= nes à uigeſima Septembris , ad Nouembris uigeſimam hoc idem iudicare una ſola excepta uidentur . eo maximè , quòd his duobus Anni temporibus , ut internæ omnes aquæ tepe= ſcere uidentur . ita quoq; ſubdiales , nocturnæq; auræ defi= ciant, ac deeſſe incipiant, inter Quatuor uerò anni tempora, ac constitutiones (ut ad cætera omnia , ita ad rem hanc) Ver ipſum uti ſaluberrimum primas tenet , hyeme uerò me= dia , quùm omnia rigida bruma glacieq; concreſcant , fru= strà quidem eſſet myſterij huius impenſa , nec minus, æstiuo tempore , ob nostri corporis pororum , uiarumq; omnium ac uenarum ab aere externo reſerationem , periculoſus est uo= cati Nitri uſus ; eo potiſſimum quòd , eo tempore , internæ omnes , ac fontium aquæ ut plurimum , quantum Naturæ æstuanti opus est , uel ſponte refrigerentur . atqui ut amico= rum opinioni deeſſem minimè , hæc pauca addenda iudicaui

Duodecimi ulti= mi, pro= blematis reſponſio.

Quibus cauſis ue= re, et Au tũno fri= gido potu uti magis liceat , ac aliquo modo ne= ceſſũ ſit.

Notà dili gẽtiſſimè nõ ex qua materia, ſed ex quantum frigida potus ſit, referre plurimũ.

Conſiliũ in potus frigidi uſu.

mus, ſiue ex uocato Nitro, ſiue ex niue, ſiue ex grandine, glacieuè, ſiue in altos, & ſiccos, humorisuè plenos puteos, atq; algentes fontes immiſſione, ſiue ex ſubdiali aura per noctem, aut diem refrigeratione bibatur, nihil magis, quàm in frigiditatis maiore uel minore intenſione, ac remiſſione referre poſſe, hoc eſt, nil quidem, ex qua materia frigidam bibas, ſed quantum frigidam intereſſe. ita ſanè, ut ſi una tibi aqua ex Natura magis frigida, quàm altera ex uocato Nitro ſit, fortè occurrat: jam cætera ſi paria fuerint, aut iuuamentum, aut detrimentum maius, pro corporis ea utentis neceſſitate, ex frigida Natura, quàm ex Nitro uocato, aut niue, prouenire affirmemus. quibus de cauſis Princeps clariſſime, iure optimo, niſi quibusdam exceptis caſibus, ut ualetudini proſperæ conſulamus noſtræ, à frigiditatis tanta uehementia abſtinendum cenſeo. Caueatq; ſibi quiſq; ab algentibus per æſtatem uel Natura, uel ex uocato Nitro potibus, quippè multò re uera quàm guſtu id comprehendere ualeamus, frigidiores huiuſmodi aquæ ſint: quùm paulò poſt, quùm uentriculi calore innato alterari inceperint, manifeſtiſſimè, ac multoties cum non uulgari corporis noſtri, ac uitæ detrimento, ac morte, quandoq; omnia principalia (ut appellant) membra offendentes percipiamus. quo crimine ut plurimum, hybernæ aquæ uacare ſolent, quùm manifeſtiſſima ſua, ac brumali frigiditate occurrentes, nec bibi quandoq; poſſint. nec minus mea ſententia, qui ſe eo tempore, quo refrigerante utantur potu, aut quibuſuis alijs

eisq́; prauis alimentis dánnum non percipientes, ſe poſſe id crebrò, ac tutò facere exiſtimant, decipiuntur. quippe, & experimento, id comprobatum eſt, niues, aut glacies quæ in bruma concreſcant, tempore æſtiuo liqueſcere. nec minus, multa quæ hyeme lateant uenenoſa animalia, eadem æſtiuo ſuper terram degere. quodq́; ſi uera eſt Philoſophi ſententia, libro de ſomno, & uigilia, hominem μικρόκοσμον id eſt, paruum Mundum meritò appellatum eſſe, atq; quòd in magno Mundo contingit, hoc idem in paruo, ideſt, quouis homine, aut animante perfecto alio quolibet contingere, non ſecus profectò, quàm in maiori Mundo, ſic in nobis, multa cibi, potusq́; minus pro ui quæ hyeme, ob temporis lentorē latebant excrementa motus expertia, iam calidi æſtiui uirtute, ac facultate agitata, morbos acerbiſſimos, ac mortem quandoq́;, & interitum pariunt. cuius rei, quum adeò noſtra referat, Galenus ipſe operum Naturæ diligentiſſimus indagator, libello de alimentorum facultatibus Secundo, capite de cucumeribus pertractans, monitos reddit, ac hortatúr, ne quòd bellè, nos aliquem prauum cibum concoquere exiſtimemus, ita eo uti liberrimè, ac ſine attentione nobis pergratum ſit. quum poſtea neceſſariò, multoq́; fœnore ſoluendo ſimus, quæ profectò Galeni uerba tota mente conſideranda, ſic habent. Cæterum illud perpetuò memoria teneto, quòd etiam ſi quis eorum quiduis, quæ alijs concoctu ſunt difficilia coxerit, ſuccus tamē qui ex eo in corpus diſtribuitur,

Homo paruus Mundus qua cauſa dictus

eandem obtineat naturam, ac paulò inferius, ubi de ſucco ex cucumeribus genito meminit, hanc ſummè memoriæ commendandam ſententiam profert. Ob eam igitur cauſam, omnibus praui ſucci edulijs cenſeo abſtinendum, etiam ſi ea quibusdam concoctu ſint facilia, nobis enim non aduertentibus, prauus ſuccus ex ipſis poſt longum tempus in uenis colligitur, qui poſtea exiguam ad putredinem occaſionem nactus, febres malignas accendit. Nec minus, de alimentorum facultatibus libro Primo, ac capite ultimo, hæc uerba ſic habent. Non igitur oportet, nos in purgandis ſeminibus quæ ad eſum comparantur eſſe negligentes, perſuaſos, etiam ſi noxam quæ quotidie fit, ob exiguitatem ſenſu non percipiamus, quòd tamen longo tempore ex ipſa accruatur, tandem erupturum.

Perpulchra comparatio.

Patet igitur, humores quàm diutiſſimè intra corporis noſtri uaſa, quantunq; corruptioni paratos, eiusdem tamen expertes deliteſcere poſſe, nec aliter ſanè, quàm ex mihi quondam oblato à Medico Hiſpaniæ peritiſſimo exemplo, huius naturæ, ac ingenij homines, qui ita praui ſucci obſonijs ſe ingurgitant (qua profectò nota uel ipſi Medici quandoq; inurimur) facilius intelligere ualebis. quippè, horum hominum genus æs alienum prægrãde conflatibus comparabat, contingit ſanè, ac crebrò id uſu euenit, permultum temporis curriculum, pecuniam hanc grandem adeò, ſoluendam, à creditoribus minimè expoſci, expoſtulariuè; ac tandem, uel eorum aliquis idq; fortaſſe uel noui ex debiti cauſa, aut omniũ minimi iam conflatorum, debitorem hunc in carcerem tradi

ſtudeat, ac id facilè obtineat, qua re manifeſta, atq; cogni ta cæteri creditores omnes, aliàs nunq̃, uel fortaſſe pro eo ſtatu, ſuam pecuniam repetituri, ad eam efflagitandam conueniunt, adeoq; res ſic incrudeſcat pluries, ut uel miſe=ro debitori citra uitæ diſcrimen, aut omnibus creditoribus ſaltem pacatis, purgatcq; debitorum tantorum crimine, car cerem egredi liceat nunq̃: adeò ſanè, ut quandoq; uni=uerſam uitam in carcere degere, quùm prius eam pecuniam temporis breuitate, & bonorum inopia ſoluere non facilè occurrat, neceſſe ſit. Nec aliter ſanè, qui ita crebrò ali=mentis prauis uti tutò audent, ut paulò ſuperius ex Gale=no cognouimus, ex quauiscauſa, corporis iam diſpoſitione, ac cachomia id expoſcente, quod eſt, teſte Auicenna Ara=bum medicorum Principe, canone .4. ſen. Prima, tractatu Primo, capite uerò Quinto cauſas primitiuas antecedentes; (ut ſuus ait interpres) mouere, huiuſmodi mala incurrere ſoleant. ita ſanè, ut uel neceſſario, ex minima (ut dixi=mus) mouente cauſa, aut interna ut plurimùm, uel ſoluen dum, omniq; alimentorum prauorum uitio purgandum ſit, aut mori neceſſariò contingat, aut deniq; q́ multò pluris fa=cio, per totam uitam decumbere opus eſſe uideatur, quæ res profectò, ſic ſe habet, ut ex minima, ac debiliſſima præter naturam cauſa, Natura iam ex præteritis debiliore reddi=ta, in grauiſſimos morbos facillimò incurramus negotio. quòd ſi quæpiam alia inter ſalubrem uictus rationem exceden tes causas adnumerari debeat, hæc ita ex uocato Nitro, aut

quauis alia refrigerante ſupra modum materia conſuctudò primas obtinet, ac primum locum occupat. nam quùm Ariſtotele teſte libro de longitudine, & breuitate uitæ in calido humidoq; uita noſtra conſiſtat, eæq; duæ qualitates ſint uitæ noſtræ, ac animæ immediata organa, ac functionum ſuarum inſtrumenta potiſſima, fieri nequit, quin uitæ noſtræ ualetudini proſperæ, ac protractioni, inde detrimenti plurimùm accedat. quippe quæ, uitæ noſtræ qua fungimur numeris ferè omnibus hæc uiuendi conſuctudo contrarietur, ac repugnet. quam rem quidem, animaduertens Hippocrates, nec iniuria dixit Aphoriſmorum ſectione Quinta, aphòriſmo uerò Vigeſimoquarto. Frigida qualis nix, & glacies pectori inimica, tuſſes mouet, ſanguinem, & diſtillationes, atque aphoriſmo eiusdem Decimoſeptimo Frigidum autem conuulſiones, diſtentiones, liuores, rigores febriles, atque aphoriſmo Tertio Frigidum, inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ, calidum uerò, utile. Quòd ſi ita res habet, quis non eos homines, & Principes uiros, qui uoluptatis tantum gratia non tali aqua qualis nix eſt, aut glacies, ſed ipſa niue, ac glacie (ut pluries uidimus) totos, ac ingentes calices plenos, per ſummum æſtatis feruorem exiccant, mirabitur? ac iure in ipſos inuehetur optimo? quùm ex frigida intemperie, morbi quam plurimi, atque diutini tardiſſimiquè

In quibus uita noſtra conſiſtat.

Qui morbi ex frigido proueniant

procreentur: & quòd peius eſt, uitæ ſæpius diſcrimini ſubito, ac repentino caſui (apoplexiam uocant) tanto uitæ diſpendio delicias redimunt hi Magnates uiri, ſe ſe exponunt; ut nos uel ex ſolius frigidæ hauſtu, id crebrò eueniſſe per pluries uidimus, ac cognouimus. quem ſermonem ex induſtria profectò, ut ſuſcepto oneri (Reuerendiſſimi quippe fratris Germani tui ualetudinis curam gero) deeſſem minimè, protuli: ac altius animaduerti. quùm non poſſim non mirari tot, ac tantos uiros aliàs prudentes, qui ita graui lege, ac dura frigidam ſupra modum bibere tentent, & ſi non alia de cauſa, hac ſaltem ab hoc inſtituto reuocandi eſſent; quod ubi primum huic uictus, ac bibendi modo aſſueti, eo diſtituti, ac priuati fuerint, in magna Hercle ualetudinis, ac uoluptatis diſpendia incidant. quod rectiſſimè conſiderans Celſus ipſe medicorum Latinorum alter Hippocrates meritò nuncupatus, quàm doctiſſimè, libro, ac capite Primo dixit: Sanus homo, ,, qui & bene ualet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe ,, legibus debet. Ideoquè nulli profectò Victus rationi nos aſtrictos eſſe oportet. ei potiſſimum, quæ ſuaptæ natura (qualis frigidi adeò potus uſus eſt, uitæ, ac ualetudini noſtræ manifeſtiſſimè aduerſatur. Nec ex eo profectò, quòd ſtatim (ut diximus) damnum manifeſtum non percipiamus, his tutò nobis uti licebit: nam Natura ipſa paulatim in caſum ſubitum labitur, quòd ſi adeò frigidam bibere,

Quid ſanos homines agere deceat.

ita nos tanquam uitæ capitalem hoſtem, ac aduerſarium fugiendum conſulimus: hoc idem, immò multò ſerius de uino frigido facto intelligendum iudico, nam quùm ſua natura λεπτομερὴς id eſt, partium tenuitate præditum ſit; ac Naturæ, ipſa aqua profectò longè familiarius, multò quidem citius, ac uelocitate maiori ad interiora, principaliaq; membra rapitur; adeò ſanè, ut Medicorum teſtimonio, frigidum adhuc ipſum ſubſtantia ſua, hepar attingere uiſum ſit; quodq; ita facilè uirtute ſua penetrare poſſe, uerum ſit, uel in animi deliquijs compertum eſt: quùm multoties ex ſolo unico haſtu, immò pluries ex ipſo odore ſolummodò, uires uniuerſas reſtitui, ac recuperari contingat.

Vinũ fri gidũ quãdoq; hepar attingit.

Conſiliũ in mutanda praua cõſuetudine.

Oportet igitur, ut Hippocrates præcipit Aphoriſmorum particula ſecunda, aphoriſmis .50. 51. paulatim, ad inſueta reuocari: eò potiſſimum, quòd hæc bibendi conſuetudo, potius deprauatus, aut uitiatus uſus, aut abuſus potius, appellandus meritò ſit. quòd uerò, hæc ſic habeant, hinc clariſſimè patere poterit, nam ſi aliquandò frigidæ uſus alicui conuenire uideatur, is profectò (febribus detentos in quibus quandoq; perneceſſarius, ac per ſe utilis eſt prætereo) ex accidenti potius iuuare, ac per ſe nocere, uideatur. iuuat ſiquidem, calorem natiuum, antipariſtiſis uocatæ gratia, fortiorem, ac ualidiorem efficiendo: & hoc illud eſt, quòd Galenus artis paruæ libro capite .xxiii. de oculis dixit, & læduntur à ſimilibus, iuuantur uerò, à contrarijs moderato uſu.

rato uſu, quod profectò, delapſis natura temperamentis intelligendum eſſe credo, ac certò iudico, nam ea quæ præter naturam ſunt, ex contrarijs per ſe, ac numerorum æqualitate; ut idem Galenus *eiusdem libri capite .89. præcepit, curanda ſunt, nec minus* Hippocrates. *Quæcunq; ex repletione, inanitione curantur: ex inanitione uerò, repletione, & aliorum contrarietas. Si uerò, de ſimpliciter ſanis temperamentis agere credas, manifeſtò falleris: quùm omnis naturalis conſtitutio ac conſeruatio (quam naturalia oĩa indicãt) ex ſibi omnino ſimilibus fieri debeat, teſte eodem* Galeno Methodi *opere ubiq;, ac ipſius artis curatiuæ libro: quùm aſſerat* Natura *conſtãtes diſpoſitiones, ab eis quæ præter naturam ſint, in hoc differre, quòd naturales ſimilia appetant, præter naturam uerò, contraria ſibi expoſcant: præterea, ſi ſibi ſimilibus lapſa* Natura *corpora uterentur, natiua illa profectò intemperies, quæ moderatè contrarijs cohibetur; corrigiturq; in præter naturalem multo maiorem diſpoſitionem laberetur, ac ſenſim decideret.*

Caſus uerò (ægrotis omiſſis quibus ut diximus, medicamenti potius loco, frigidus potus quandoq; pernecesſarius eſt) in quibus ſanis corporibus refrigerante potu uti licet, tres ſunt. Primus profectò in iuuenibus, quibus Galeno *teſte octauo capite, libri de mali, & boni chimi cibo, æſtiuo potiſſimum tempore, ætatis, ac temporis ratione (ſi alia non id prohibeant) concedi debet. Secundum locum carnoſa habitudine, muſculoſaq; prædita corpora obtinent, ac* Tertium *de-* Caſus iij. in quibus ſanis frigido potu uti permiſſũ ſit

niq; conſuetis ab ipſa infantia frigidæ uſui relinquimus, in quibus caſibus prioribus potiſſimum, frigidi potus uſum quē admodum, & in ægrotis, licet non per ſe ita, ſed ex accidenti potius iuuare concedimus. ex natura uerò nocere paratum eſſe, omnibus manifeſtum eſt. Sed calorem natium ad interna ſua frigiditate (ut ſupra diximus) impellendo, illum ex accidenti, fortificat, ac ualidiorem efficit, in aſſuetis uerò, ne ex conſuetudinis iam inueteratæ ſubita tranſmutatione, maius fortaſſe incommodum ſubſequatur, eo utendum eſſe ni prius paulatim diſſueueris, conſulendum cenſco.

Ne uerò quiſpiam, nos durioris medici fortaſſe nota tanquam per æſtatem calida utendum ſit, conſulentis inurat: nos nec calido adeò, nec ita (ut diximus) refrigerante potu, ſed ſubfrigido potius æſtiuo tempore (cæteris conſentientibus rebus) utendum eſſe, ex omnium ad unum medicorum iudicio conſulimus: nam profectò, ut uehementer refrigerans potus, quæ prius latius explicuimus incommoda affert, ſic leuiter refrigerans, multis modis Naturam iuuat: calorem quippe naturalem, ac uitales, cæteroſq; ſpiritus prædicta ratione ex accidenti corroborat, ac à calore extrinſico tuetur, nec ſumma (quum ea deſit) frigiditas nocere poteſt: aut noſtra corpora male afficere, ſed potius, confortando uitæ inſtrumenta, & organa Naturam exhilarat, atq; ualidiorem efficit, quod ſanè, Princeps Auicenna de regimine eorumquæ commeduntur, ac bibuntur

libro, & capite ſupradictis æſtate frigidam exhibendam (doctiſſimè conſiderans temporis indicationem) conſuluit: quum potius omnis potus, qui non frigidus modo declarato fuerit, eo tempore calidus corpora laxet noſtra, aut calorem natiuum æquo frigidior extinguat, ſubfrigidus uerò firmet, ac ad temperamentum leui contrarietate trahat. ni fortaſſe aut, ad hunc, aut in illum aliqua alicui oppoſita conſuetudo ſit.

Atq; ut inter philoſophandum quoq;, nos Principum horum ſumptibus conſulamus, ne ue lapidem ullum ad hoc opus attinentē, intactum relinquere uiſi ſimus, operæpretium eſt, uocati Nitri iam ſuo munere ſemel functi, aut defuncti co potius, ut iterum, atq; iterum fungi poſſit, uſum edoceamus. nihilo tamen ſecius, non uigoroſius ut aliqui exiſtimant, ex ea præparatione redditur, quantumq; aurum argentumq;, & id genus reliqua per ulteriorem decoctionem purius, ac perfectius efficiatur, nam eiuſmodi coctio, omnes ſimilesq; auri partes in unum aggregare intendit: Nitri uerò uocati huiuſmodi præparatio non ita acontrario quemadmodum ante priorem functionem erat, expoliare ualet. nihilo tamen ſecius, quia ex huiuſmodi poſt functionem dicta præpaparatione, partes naturæ eiuſdem ualde uniuntur, etiam ſi cōfractæ ī uigore manifeſtè ſint, tamē carū numerus, maiorq; unio facultatem primò obtentam ſuperare, quandoq; poterit. prioris uerò exemplum ſimillimum eſt, ſi aurum ſummè per decoctiones purum effectum, iterum excrementis admiſceas,

Modus decoquendi ac uigorādi uocatū Nitrū.

ſi iterum decoquas, ac purum efficere tentes, nunq; priori purius obtinebis ſic in Nitri uocati natura habet. prius quippe, eius conficiendi modum expoſuimus: in quo priori modo, purius, & efficacius pluribus decoctionibus efficere ualebis: hoc uerò iam exponendo modo tantum à pluribus contrarijs liberare poteris. Modus igitur hic eſt, Aquam octo, decemuè, aut duodecim dierum uocato Nitro admixtam, in lebetem, aut æneum uas aliquod igni feruenti appoſitum immittito, atq; horæ, aut paulò minus ſpacium feruere oportet: tuncq;, aut ferreo cochleari, aut quouis ſimili partem quampiam feruentis aquæ in terſum lapidem, aut latiritium pauimentum inijcito: quòd ſi in ſui naturam, ſalisuè, formam concreſcat, iam ſepoſito ab igne lebete, infrigidari permittitur, quippè ſuapte ui, in lapidem uiciſſim uniuerſa illa materia compingitur, ac condenſatur. quòd ſi illud minimè occurrat, adhuc maiori, diuturnioriuè igne res indiget, donec cochleari extracta portio, in ſalis formam concreſcat. quod tandem attritum, in uſum, ut prius eſſe poterit. Sicq; Tertio, ac Quarto, plurieſq; ſuo munere functum decoqui, ac eodem munere fungi ualebit. adeò ſanè, ut tantum ſubſtantiæ conſumptio, uſui huiuſmodi, non uerò facultatis inclinatio impedimento eſſe poſſit. quòd profectò in Magnatum utilitatem familiares ſuos conuiuas, quadraq; propria (ut ille aſſerit(excipientium ſumptus utilitatem uerti ſoleat, non parum eſt. ac tandem in hoc negotio, cellarijs ipſis famulis ut ſuos poſſint facilius Mecænates demerere, conſulendum

iudico. quando ad hoc munere fungendum, ac id obeundum ſe accinctos parauerint (quæ res profectò, nec minus in Dominorum commoditatem conuertetur) uinum, aquamq́; ſeiunctim refrigerent, ut quam quiſq; utriuſlibet maluerit partem accipere ualeat: ac pro animi arbitrio, et uoto hæc eadem commiſcere, operam diligentiſſimè dent. Conſiliũ optimũ, cellaris miniſtris utile.

Quodq́; ſi plura uaſa ordine diſpoſita, ac tempore differentia eſſe, ad id opus ſucceſſiue præſtandum poſſent, multò frigidior illis potus occurreret, nec te prætereat Lector optime, non ubi primùm frigeſcit potus, bibendum eſſe, quippe quàm primùm, donec auctam frigiditatem obtineat incaleſcet, atq; ſemper donec incaleſcere incipiat, circunferri Shpericum uas eo excepto quo propinatur tempore, debet.

Ac demum, cum uocati Nitri, ac ueri Nitri non parua, & nominis, ac eorum facultatis ſimilitudo deſumi poſſit, ac conuenientia, nec ab re ſanè facere uidebor, ſi hoc in loco interpretis Galeni lapſus capite de Nitro, libro de ſimplicium pharmacorum facultatibus nono, proprio capite, meminero. quòd quidem, ut inter doctiſſimos tot, ac tantos medicos, ac philoſophos doctiſſimè omnium primus Auguſtinus Ricchus Lucenſis, Medicus Pontificius hæc adnotauit, atq; reſtituit, ita profectò, uir eſt ſua laude minimè defraudandus, ſed potius, eiuſdem uerba in eorum quoq; gratiam, qui Galeni uolumina integra emere non ualent, ad uerbum adiungere (quæ ſic habent (pergratum fuit. Textus, ac caput integrum Galeni libri noni. de medicamentorum ſimpliciũ facultatib' corrigitur.

Quoniam in libro nono de Simplicium medicamentorum facultatibus capite de Aphronitro, polliciti ſumus nonnihil ſuper id caput, in fine huius uoluminis annotare, & ſi quæ reſtant dicenda, magis ad annotationum opus, quàm ad præſens inſtitutum pertinere uideãtur, tamen eo ꝙ ad integram lectionem librorum de Simplicium medicamentorum facultatibus quos in hac ſecunda ſectione ædidimus, maximè faciunt: ideo noſtras eſſe partes duximus, hic quàm fieri poterit breuius, rem hanc attingere, in qua (& quidem ex eo Galeni capite mendoſo) plures hac ætate clariſſimi uiri multifariam lapſi ſunt, tum id quod unum eſt medicamentum, plura eſſe contendentes, tum etiam quæ plura ſunt, unum eſſe exiſtimantes. Primùm igitur ſeriem capitis Galeni de aphronitro caſtigabimus, ex qua omne huius rei iudicium manare debet, deinceps uerò quæ alij ſuper id caput à uero, aliena ſunt commentati, re ipſa iam cognita, facilè diſſoluemus. Sic autem habet capitis illius initium in græcis codicibus impreſſis, atque in pleriſq; manuſcriptis.

ἀφρόλιτρον ἀφρονίτρου διαφέρει, λίτρου μὲν γὰρ ἀφρὸς ξηραντικόν ἐστι
,, φάρμακον ἀλεύρῳ πυρίνῳ παραπλήσιος ὀφθῆναι, καὶ γὰρ καὶ λευκός
,, ἐστιν, οὐχ ὥσπερ τὸ τῆς ἀσίας πέτρας ἄνθος τεφρῶδες. ἀφρόνι-
,, τρον δ' οὐκ ἀλευρῶδες, οὐδὲ διαλελυμένον, ἀλλὰ πεπηγός ἐστιν, καὶ
συνεστώς. ᾧ πάντες οἱ ῥυπῶντες ἐν τοῖς βαλανείοις ὁσημέραι χρῶν-
,, ται, ῥυπτικὴν ἔχοντι δύναμιν, ὡς μὴ μόνον ἀποσμῆξαι ῥύπον,
,, ἀλλὰ καὶ κνῆσιν ἰάσασθαι, διαφορουμένων ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἐργαζομέ-
,, νων αὐτὴν ἰχώρων. Quæ uerba ſic uertit interpres. Aphrolitrum
,, ab aphonitro differt. Litri enim aphros, hoc eſt ſpuma, medi-
,, camentũ eſt exiccatorium, aſpectu triticeæ farinæ ſimilis. Et e

nitrum alba eſt, non ut Aſiæ petræ flos, cinericia. Apho= ,,
nitrum uerò farinæ ſpeciem non habet, neq; ſolutum eſt, ſed ,,
congelatum, & coactum: quo, qui in balneis ſordes exte= ,,
runt, quotidie utuntur, ea detergendi facultate, ut non ,,
modò ſordes extergeat, ſed etiam pruritum ſanet, nempe di ,,
gerendis quæ ipſum excitant ſaniebus. Nec ſanè aliter uer=
tit, quam græce locus legatur. Sed prima illa uerba ſcripto
rum culpa fuiſſe uitiata, nemo dubitare poteſt, qui rem in=
terius inſpiciat: & quæ Aetius, & Paulus Aegineta, atq;
alij ueteres medici ex eodem Galeni capite in ſuis libris retu
lerunt, diligenter animaduerterit. Nos igitur ea ſic eſſe ca=
ſtiganda cenſemus: Ἀφρόνιτρον ἀφροῦ νίτρου διαφέρει. *ideſt.*
aphronitrum à ſpuma nitri differt, &c. Et paulo poſt;
Ἀφρόνιτρον δὲ *i. aphonitrum autem, legendũ eſſe* ἀφρόνιτρον δὲ
i. aphronitrum autem: reliqua uerò integra ſunt uſq; ad ul=
timam capitis partem, de qua infra etiam habebimus ſermo
nem. Neq; enim Galenus hic differentiam ponit inter aphro
nitrum, & aphonitrum, ut ex hoc capite mendoſo collegit
Hermolaus Barbarus, uir in hac cenſendorum medicamen=
torum palæſtra nemini non præponendus, nec differentiam
ponit inter aphronitrum, & aphrolitrum, ut Ianus Corna
rius in ſuis annotationibus in primum Galeni librum de com=
poſitione medicamentorum ſecundum loca conatur oſtẽdere,
multa quidem in uarijs Galeni locis tum ex arbitrio adijciens,
tum præter rem immutans, ſicuti infra re ipſa demoſtrabi=
mus: Sed differentiam ponit inter aphronitrum, com=

Galeni codex caſtigatur.

poſito nomine ſic à Græcis appellatum ἀφρόνιτρον, & ſpumam Nitri (ἀφρὸς τοῦ νίτρου) ſic ſeparatim expreſſam. Nam, etſi utriusq; appellationis idem ferè eſt ſignificatum, hoc autem differunt, quòd alterum unica dictione, alterum duabus proferatur: tamen re ipſa, apud Galenum non parum inter hæc intereſt, id quod in hoc capite de aphronitro ille ſibi propoſuit declarare, quùm diceret nitri ſpumam medicamentum exiccatorium eſſe, aſpectu triticeæ farinæ ſimile, alba enim eſt, non ſicuti Aſiæ petræ flos cinericia: aphronitrum uerò farinæ modo diſſolutum non eſſe, ſed congelatum, & coactum, quo nimirum, qui in balneis ſordes exterunt, quotidie utuntur, atquè alia, ut in capite latius eſt uidere. Quòd autem hæc ſit huius capitis ſententia, & ſic græcus codex ſit omnino caſtigandus, id primum ex aliorum ueterum medicorum teſtimonio, qui idem Galeni caput recenſent, fiet perſpicuum: deinde etiam ex alijs Galeni locis idem abunde confirmabimus. Sic enim ea quæ in hoc Galeni capite habentur, refert Aetius libro ſecundo, cap. 44. penes Montani tranſlationem, ſed ad græcos codices cap. 50. ἀφρόνιτρον καὶ νίτρου ἀφρὸς διαφέρουσιν ἀλλήλων,
,, ὅτι ὁ μὲν τοῦ νίτρου ἀφρὸς ξηραντικώτερόν ἐστι φάρμακον ἀλεύρῳ πυρίνῳ
,, παραπλήσιος ὡς τὸ ὀφθῆναι, καὶ γὰρ καὶ λευκός ἐστιν, ἀφρόνιτρον δὲ οὐκ
,, ἀλευρῶδες, οὐδὲ διαλελυμένον ἀλλὰ πεπηγός ἐστι *hoc eſt, Aphro*
,, *nitrum, & ſpuma nitri inuicem differunt, quod nitri qui*
,, *dem ſpuma exiccantius eſt medicamentum, triticeæ farinæ*
,, *aſpectu ſimilis, etenim & alba eſt. Aphronitrum uerò nil*
,, *habet farinæ ſimile, nec eſt diſſolutum, ſed compactum exi*

ſtit,

ſtit. Ex quibus patet Aetium non idẽ omnino cẽſere aphronitrum & ſpumam nitri, ſed quemadmodum Galenus in capite ſupra citato, diuerſa eſſe medicamenta existimare, Sed nos initium huius capitis apud Aetium ſincerius legimus in duobus longè uetuſtis codicibus, altero Reuerendiſſ. Epiſc. Monſpelien. hoc tempore Regis Chriſtianiſſ. apud Venetum ſenatum oratoris clariſſ. altero uerò Andronici ex nobili Coulia Nauply familia, hunc in modum. Primum ſic caput inſcribitur, περὶ ἀφρονίτρου καὶ ἀφροῦ νίτρου, ideſt. de aphronitro, & ſpuma nitri, Deinde ſic incipit caput, ueluti & nos ſupra in Galeni capite caſtigauimus. ἀφρόνιτρον ἀφροῦ νίτρου διαφέρει, νίτρου μὲν γὰρ ἀφρός ideſt, aphronitrum a ſpuma nitri differt, Nam ſpuma Nitri &c. & ſic etiam rectè uertit Montanus, ſiquis autem parum tribuat Aetij iudicio, quòd illud Galeni caput legerit ſicuti nos caſtigauimus admonuimus: iudicat etiam quæ Paulus Aegineta ex eodem Galeni capite breuibus mutuatur, in lib. ſeptimo, in fine Catalogi ſimplicium, quæ ab A littera incipiunt, hunc in modum:

Paul. Aegineta

Ἀφρόνιτρον διαφορητικῆς ἐστι καὶ ῥυπτικῆς δυνάμεως, ὡς μὴ μόνον τὰ ῥυπῶντα σμήχειν, ἀλλὰ καὶ κνῆσιν ἰᾶσθαι, πινόμενον δὲ καὶ κακοστόμαχόν ἐστιν. Ἀφρὸς νίτρου παραπλησίαν μὲν ἔχει τῷ νίτρῳ δύναμιν, λεπτομερέστερος δὲ τὴν οὐσίαν ἐστίν, διὸ καὶ λεῖος ὑπάρχει καθάπερ ἄλευρον.

ideſt aphronitrum diſcutientis eſt, & abſtergẽtis facultatis, ut non ſolum ſordida exterat, ſed etiam pruritui medeatur: potum uerò, ſtomachum lædit. Spuma nitri, proximam nitro habet facultatem, uerùm ſubſtantiæ eſt longe tenuiorum partium, quocirca & læuis farinæ modo exiſtit, & Sunt ca-

dem prorſus quæ ex Galeno & Aetio in mediũ adduximus, ordine tamen mutato, nam illi primum de ſpuma nitri, hic uerò primum de aphronitro ſermonem habet. Sed mendoſè in græcis codicibus impreſſis legitur ἀφοίτρον pro ἀφρόνιτρον, & paulo poſt κίνησιν idest motum, pro κνῆσιν idest pruritum. Hanc etiam noſtram opinionem confirmant, quæ & inter Arabes Serapio in libro de Simplicium temperamentis ex Galeno retulit, ita ſcilicet. Differentia quæ eſt inter baurach aphricum, quod dicitur ſpumoſum, & inter ſpumã baurach eſt, quod ſpuma baurach eſt medicina exiccatiua, & color eius eſt ſimilis farinæ tritici in hoc, quod ipſa eſt alba, & nõ eſt ſicut flos lapidis Aſij, nec talis coloris: ſed baurach non eſt ſpumoſum ſicut farina, immo eſt congelatum, & aggregatum, & eſt illud quo utuntur quotidie homines ad lauandas ſordes, & ad remouendum pruritum &c. Ponit igitur & hic differentiam inter Aphronitrum quod baurach aphricum idest ſpumoſum appellat, & ſpumam nitri, quam ſpumam baurach nuncupauit, quicquid hac in re dicat author Pandectarum, atq; alij id genus recentiores, uerùm in eo Serapionis capite perperam ubiq; ſcribitur baurach. Aphricæ, ut regionis differentiam declarare uideatur, pro Baurach aphrico, hoc eſt ſpumoſo, ut ille ſupra in initio capitis expõit. Eſt etiam in uerbis ex eo capite ſupra citatis, mendũ inſigne, ut opinor, librariorum culpa commiſſum. Nam ubi in uulgatis Serapionis codicibus legitur. Sed baurach non eſt ſpumoſum ſicut farina, legendum eſt, Sed baurach ſpumoſum non

Codex pauli Aeginetæ caſtigatur.

Serapio.

Codex Serapionis caſtigatur.

eſt ſicut farina. Sic enim locus legitur apud Galenum in cap. de aphronitro, & ſic eſſe caſtigandum oſtendunt præcedentia. Quum enim poſuerit differentiam inter baurach ſpumoſum & ſpumam baurach, & quid ſit ſpuma baurach explicauerit, neceſſariò ſtatim quid ſit baurach ſpumoſum docet, non quid ſit baurach abſolutè. Quin etiam re ipſa conſtat, ſi illud, ſpumoſum, ad farinæ ſimilitudinem referatur nõ omnino congruere. Hæc igitur pauca, quæ hucuſq; in medium adduximus, in præſentia ſufficiant ad id confirmandum, Galeni ſcilicet caput de aphronitro eſſe, ſicuti nos cenſemus caſtigandum. quum (ut manifeſtè oſtendimus) non ſolum græci poſteriores medici, uerum etiam Arabes ſic ex ſincerioribus forſam codicibus legerint. Sed quid aliorum teſtimonijs nitimur? ſi etiam Galenus ipſe alibi, libro ſcilicet .4. de ſimplicium medicamentorum facultatibus, capite, decimo nono, & uigeſimo copioſe hoc idem declarauit? ueluti quidem ſuſpicaretur, ne quis poſteriorum ob nominum ſimilitudinem res etiã ipſas confunderet, habet enim in fine capitis decimi noni hæc

Præcipus Galeni locus.

οὕτω δὲ δὴ καὶ τὸ νίτρον αὐτὸ, καὶ ὁ ἀφρὸς αὐτοῦ, καὶ τὸ συνθέτῳ προσηγορίᾳ καλούμενον ἀφρόνιτρον, ἐπὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων πέφυκε ῥύπτειν, ὡς ἂν ἥκιστα μὲν στύφοντα, πικρὰ δ᾽ ἀκριβῶς ὑπάρχοντα.

hoc eſt, ſic, & nitrum ipſum, & ipſius ſpuma, & quod compoſita nuncupatione appellatur aphronitrum, cæteris magis extergere natura apta ſunt, tanq; utiq; minimè aſtringentia, quum tamẽ exquiſita amara ſint. Ex quibus perſpicuè patet apud Galenum differre aphronitrum compoſita appellatio-

ne dictum, & ſpumam nitri ita ſimpliciter explicatam. Quo autem pacto re ipſa illa duo medicamenta ſint diuerſa, declarat etiam ipſe Galenus in eodem libro .4. de Simpli. cap. 20. Nam poſtquam de ſalis generibus loquens dixit ſales qui duriores ſunt minus calidos eſſe, & minus tenuium partium, eos uero, qui laxiores ſunt, & facilius cōminuūtur, calidiores, & magis tenuium partium eſſe: quo idem eſſe iudicium de aphronitri generibus oſtenderet, ſic inquit.

ἐστὶ μὲν οὖν δὴ καὶ αὐτῶν τῶν ἀφρονίτρων ἄνια σκληρά, καὶ παχυμερῆ, καὶ οὐδὲ τήκεται ῥαδίως ἐν ὕδατος, ἀλλ' οὐ περὶ τῶν μοχθηρῶν ὁ λόγος μοι νῦν, ἀλλ' ὅσα κατὰ τοὔνομα πέφυκεν ἀφρώδη τὴν οὐσίαν οἷόσπερ ἐστὶ καὶ αὐτὸς ὁ ἀφρὸς τοῦ νίτρου λεπτομερέστατος γὰρ οὗτος ἁπάντων τῶν εἰρημένων, ὥσπερ γε καὶ τὸ τῆς ἀσίας πέτρας ἄνθος.

hoc eſt, igitur et inter aphronitra ipſa, quædam dura, et omnino craſſarum partium ſunt, & quæ non facilè in aqua liqueſiant. uerùm de prauis non eſt nobis nunc ſermo, ſed de ijs quæ iuxta nominis rationem, ſubſtantiam etiā ſortita ſunt ſpumoſam, qualis ſanè eſt & ipſa ſpuma nitri, eſt enim hæc omnium dictorum tenuiſſimæ ſubſtantiæ ueluti & Aſiæ petræ flos. Quid enim aliud hic docet Galenus quam differentiam, quæ inuenitur in multiplici aphronitrorum genere, iuxta duritiem, & raritatem, & iuxta craſſitiem, & tenuitatem partium: ita ut quædam inter aphronitra ita dura exiſtant, & craſſarum partium, ut uix eo generis nomine ea dignetur abſolutè appellare, ſed adijciat praua eſſe: inter ea uerò quæ ſicuti nomen ſignificat Aphronitri, ita ſubſtantiā

etiam obtinent ſpumoſam, tenuiſſimarum eſſe partium inquit Nitri ſpumam, ueluti & Aſiæ petræ flos, Quòd ſi nitri ſpuma, & aphronitrum idem omnino eſſent, hæc Galeni uerba nullam planè ſententiam continerent. Illud uerò, ueluti Aſiæ petræ flos, ad ſubſtantiæ quidem tenuitatem referendum eſt, non ad colorem, quum dixerit in capite de aphronitro, ſpumam nitri non eſſe cinerei coloris, ſicuti flos Aſiæ petræ, ſed omnino candidi. Appellat etiam infra in eodem capite .20. lib.4: ipſam nitri ſpumam, nitri florem, quum ſtatim de flore Aſiæ petræ proſequitur. ἱκανῶς γὰρ καὶ τοῦτο λεπτομερὲς, ἀλλ' ἧττον θερμὸν ἀφρονίτρου. διὸ καὶ τὰς ὑπεραυξανομένας σάρκας ἀλυπότερον ἀποτήκει. δάκνει δ' αὐτὰς ἤδη τὸ ἄνθος τοῦ νίτρου, δάκνει δὲ καὶ τὸ ἀφρόνιτρον, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τὸ νίτρον αὐτὸ, καίτοι γε ἧττον ἐκείνων ὑπάρχον θερμόν.

Tertius Galeni locus.

ideſt, multum enim et hic tenuium partium exiſtit, ſed minus Aphronitro calidus. quapropter excreſcentes carnes minori moleſtia colliquat, mordicat autem eas nitri flos: mordicat uerò & Aphronitrum, nihilominus autem & nitrũ ipſum, quamuis hiſce minus calidum exiſtat. Interpres uerò pro nitri flos, uertit nitri ſpuma: nihil .n. re ipſa intereſt, utro quis nomine id medicamentum appellet. Atq; etiam Serapio hæc Galeni loca referẽs uertit flos nitri, Sed cõſtat ibi ab aliquo, qui codicẽ ſuſpicatus fuerit mendoſum, inter nitri florẽ, & ipſum nitrũ, abolitũ fuiſſe, et aphronitrũ, quũ locus ſic legatur apud Galenũ in õnibus codicibus manu ſcriptis, et im-

Codex Serapionis caſtigatur.

preſſis. Non diſſimile ēt eſt mendũ in eodē Serapionis capite, ,, paulò ſupra, ubi hæc habētur. ℭ Quando rememoratus fui de ,, ſale Sadon, & ita eſt in Baurach, & in ſpuma eius, quæ no- ,, minatur nomine compoſito in græco, & eſt aphronitrum. ,, legendum eſt. Quando rememoratus fui de ſale Sodumeno, ,, & ita eſt in Baurach & in ſpuma eius, & quæ nominatur ,, nomine compoſito Aphronitrum. ℭ Locus eſt apud Gale- num in cap. 19. lib. 4. & fuit ſupra à nobis citatus. ubi tria enumerantur medicamenta, nitrum, aphronitrum, & ſpuma nitri, quam ſententiam uerba Serapionis citata corrumpunt, quum duo tantum uideantur enumerare. Additio etiam illa Serapionis in fine capitis illius, ſi omnia quæ diximus uera ſint, ſic uti ſunt, nihilominò facit ad rem: quim etiam aduer- ſatur iiſdem quæ ipſe ex pluribus Galeni locis retulit: niſi di- uerſa ille hac in re ſenſerit ab his, quæ interpres latinè red- didit. Cæterum iam tempus eſt, prima parte illius capitis Ga- leni de aphronitro expoſita, & caſtigata ad reliquum illius capitis tranſire, quod quidem non minus eſt, in Græcis codi- cibus uitiatum, quam prima illa pars, de qua hucuſq; habui- mus ſermonem. Sic .n. habent Græci codices impreſſi.

Secunda pars capitis Galeni de Aphronitro.

ὁ δ' ἀφρὸς τοῦ λίτρου τῆς αὐτῆς μὲν ἐστὶν, φύσεως καὶ δυνάμεως τῷ λίτρῳ, λεπτομερεστέραν δ' ἔχει τὴν οὐσίαν, εὑρίσκειν ... ὀλίγον ἡμᾶς προσθεῖν ἐν τῷ μεταξὺ κατὰ τὴν δύναμιν εἶναι τὸ ἀφρόλιτρον ἀφρολίτρου τε καὶ ἁλῶν. ἀφρολίτρῳ μὲν γὰρ ἡ ῥυπτικὴ δύναμις ὑπάρχει μόνη, τοῖς δ' ἁλσὶ καὶ ἡ στυπτικὴ πολὺ πλείων ἤπερ ἡ ῥυπτική.

,, Quæ ſic ad literam ex græco cod. corrupto uertit interpres.

At ſpuma litri ciuſdem quidem cum litro tum naturæ, tum facultatis eſt: cæterum eſſentiæ tenuioris. Dictum tamen paulò ante eſt, Aphrolitrum in medio conſiſtentem habere facultatem Aphonitri, & ſalis, Aphonitro enim ſola ineſt uis extergendi, ſali uerò etiam aſtringendi multo magis, ac extergendi. Ex quibus ſanè uerbis nulla ſententia colligi poteſt. In ueteri græco codice Aſulanorum pro. εἶναι τὸ ἀφρόλιτρον ἀφροίτρου τε καὶ ἁλῶν. ἀφρολίτρῳ μὲν γάρ. &c. legitur εἶναι λίτρον ἀφρολίτρου τε καὶ ἁλῶν. ἀφρολίτρῳ μὲν γάρ. &c. ita ut locus ſic uertendus ſit. ſpuma autem Nitri eiuſdem eſt cum nitro naturæ, ac facultatatis, uerum tenuiorum partium habet ſubſtantiam. At qui paulò ante dictum eſt, Nitrum mediam poſſidere facultatem inter aphronitrum & ſales. etenim aphronitro facultas extergens tantum ineſt, ſalibus uerò etiam aſtringens, ſed multo quidem magis extergens.

Codex Galeni caſtigatur.

Et ſic omnino eſſe legendum oſtendit locus, quē hic citat Galenus, eſt enim in capite de ſale paulo ante caput de aphronitro, ubi hæc habet Galenus, ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστὶν ὁ τοῦ λίτρου .i. in medio, autē amborum (ſcilicet aphronitri, & ſalis) eſt ſapor nitri. Quem locum non rectè interpres ſic uertit. ℂ Cæterum utriuſq; in mediò eſt ſpuma nitri. ℂ quum ille articulus ὁ referendus ſit ad uerbum χυμὸν quod eſt paulò ſupra, non ad ἀφρὸν ideſt ſpumam, de qua in eo capite nulla eſt mentio. Quòd autem Galenus cenſeat Nitrum media inter Aphronitrum, & ſales facultate præditum eſſe, non ſpumam nitri, aut aphrolitrum ut alij credunt: conſtat

Lapſus interpretis librorū de ſimplicium.

etiã ex ỹs quæ habet Galenus in lib. 9, cap. de Nitro, hunc in modũ. Νίτρον εἴρηται καὶ πρόσθεν, ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἀφρονίτρου τε καὶ ἁλῶν δυνάμεως εἶναι. Nitrũ, dictũ eſt ſupra mediã inter aphronitrum, & ſales facultatem poſſidere. Idem etiam habet Galenus in libro undecimo de Simp. in fine, ubi de omnibus ſalis generibus pertractans, hæc tantum obiter de nitro
,, in medium adducit. λίτρον, ἐδείχθη καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον ἐν
,, τῷ μεταξὺ δύναμιν ἔχον ἁλῶν τε καὶ ἀφρονίτρου.
,, Nitrum demonſtratum iam eſt, & hoc medicamentum me-
,, dias uires inter ſales, & aphronitrum poſſidere. Id quod tum in ſupra citato. cap. de ſale. in lib. nono de ſimpli. tum etiã in cap. de aphronitro oſtendit. Quæ quidem loca citat ipſe Galenus in tertio de alimentorũ facul. cap. penult. his uerbis
,, δύναμις γάρ ἐστι τῶν ἁλῶν, ὡς ἐν τῇ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων
,, πραγματείᾳ δέδεικται, σύνθετος, ὥστε τοῦ διαφορεῖν τὰς περιτ-
,, τὰς ὑγρότητας, οἷς ἂν ὁμιλῇ σώμασι, καὶ λεπτύνειν αὐτὰ,
,, καὶ συνάγειν εἰς ἑαυτὰ τοῦ τῶν λίτρων ἀφροῦ, καὶ τῶν χαύ-
,, νων ἀφρονίτρων τὸ μὲν λεπτύνειν καὶ διαφορεῖν ἐχόντων, τὸ δὲ
,, συνάγειν, ἢ σφίγγειν οὐκ ἐχόντων.

hoc eſt, ſalibus autem facultas eſt, ut in opere de ſimpli. me-
,, dica. oſtendimus, cõpoſita: etenim ea humiditates ſuperfluas
,, reſoluit, quibus admouetur corporibus, atq; attenuat, & præ
,, terea ipſa corpora cogit in ſeſe, quum Nitri ſpuma, & laxa
,, aphronitra tenuare quidem, & reſoluere poſſint, cogore ue
,, rò, & condenſare non poſſint. Hoc autem nihil aliud eſt,
,, quam id quod docuit tum alibi in libris de ſimpli. tum. in lib. nono. cap. de ſale, & cap. de aphronitro. Quod. ſ. aphroni-

tris

tris ineſt uis tantum extergendi, ſalibus uerò etiam ineſt uis aſtringendi, nitro autem media ineſt inter utraq; facultas. Hic autẽ de nitro nõ meminit, quia mixtã habet utriuſq; extre nota *morũ facultatẽ, cognitis. n. extremis, per acceſſũ et receſsũ ad ea, facile et media dignoſcũtur. In ueteri codic. legitur ſicuti nos legimus.* καὶ τῶν χαυνίων ἀφρονίτρων πῶ καὶ τούτων χαύνιον ἀφρονίτρων. *ut legitur in impreſſis, quùm lectioni aſtipulãtur, quæ habet Galenus in. 4. de ſimpl. cap. 20. Patet igitur ex his õnibus Galeni locis, ibi in capite de aphronitro legendum eſſe, ſicuti caſtigauimus ex ueteri Græco codice Aſulanorum,* ¶ *Nitrũ medias facultates habere inter aphronitrum, & ſales* ¶ *non* ¶ *aphrolitrum medias facultates habere inter aphronitrum & ſales* ¶ *ut habent græ. cod. impreſſi. Quin etiam & ſic lo-* Serapio. *cum eſſe caſtigandum, indicant quæ Serapio ex hoc Galeni capite ſic retulit. Et poſtquam dixi, quòd natura baurach eſt media inter naturam baurach aphrici, & naturam ſalis. Quod penes illius terminos nihil aliud eſt quam dicere, Nitrum mediam habere naturam inter aphronitrum, & ſalẽ. Quod autem hæc eadẽ uerba ex hoc Galeni capite de aphronitro fuerint tranſlata, conſtat tum ex his quæ ſequuntur, (& ſi pauca ibi forſam ex arbitrio adyciat Serapio) tum ex ijs quæ ſtatim antecedunt. Verùm quoniam quæ ibi antecedunt etiam Aetius ex Galeno retulit, hic inſigne erratum interpretis Aetij in illis uerbis conuertendis licet obiter indicare. Locus ſic legitur apud Aetiũ in lib. 2. cap. de Aphro.* Lapſus interpre. Aetij.
ὁ δὲ ἀφρὸς τοῦ νίτρου τῆς αὐτῆς μὲν ἐστὶ δυνάμεως, λεπτομερέστερος δὲ

Montanus autem ſic uertit. ¶ *ſpuma nitri eiuſdem facultatis eſt, imbecillior tamen.* ¶ *Non uideo autem cur hoc in loco uerbum illud* λεπτομερέστερος *.i. tenuiorum partium, uerterit imbecillior: quum hic, eſſe magis tenuium partium indicet, non imbecillitatem medicamenti, quin etiam uehementiam maiorem, ac maius robur. id quod ratione ipſa conſtat, & ex Galeni quadam methodo in capite. 20. libri quarti de ſimplicibus oſtenditur. Inquit enim ibi, in ſalis, atque etiam in aphronitri generibus, quod magis durũ eſt. ſtatim, et craſſiorum partium eſſe, & minus calidum: quod uerò laxum, & facilè comminui poteſt, ſtatim, & tenuiorum partium, & calidius exiſtere, & ita acrius, & uehementius in agendo, non debilius, ueluti ille uertit. At ſpuma nitri quam ſit tenuiorũ partium, uel nitro, uel aphronitro comparetur, liquet ex omnibus ſupracitatis Galeni, atq; aliorum ueterum locis. Verba autem illa apud Galenum in cap. de aphronitro ſic habent,*

ὁ δὲ ἀφρὸς τοῦ λίβου τῆς αὐτῆς μὲ ἐστὶ φύσεως, καὶ τῷ λιβῷ, λεπτομερεστέραν δὲ ἔχει τὴν οὐσίαν.

.i. ſpuma autem nitri eiuſdem cum nitro eſt naturæ, ac facultatis, uerùm tenuiorum partium ſubſtantiam poſſidet. Sic ẽt

Paulus Aegineta — *Paulus Aegineta locũ ex Gale. mutuatur.* ἀφρὸς νίτρου παραπλησίαν μὲ ἔχει τῷ νίτρῳ δύναμιν, λεπτομερέστερος δὲ τὴν οὐσίαν ἐστί.

ideſt. ſpuma nitri proximam nitro habet facultatem, ſed tenuiorum partium ſubſtantia conſtat. Eundem etiam in modum hanc Galeni ſententiam ex eo capite de aphronitro tran

Serapio — *ſtulit inter Arabes Serapio, ita ſcilicet.* ¶ *Sed ſpumæ Bau=*

rach natura, & uirtus eſt hæc eadem, & habet naturam quam habet Burach, niſi quia eſt ſubtilior. ¶ Nec tamen ille, & ſi barbarus erat, adeò græcæ linguæ proprietatem, et rei naturam ignorauit, ut uerteret imbecillior, pro tenuioris ſubſtantiæ. Sed ex his locis in medium adductis, tum Galeni, tum Pauli Aeginetæ, atque Serapionis conſtat in fine capitis Aetij de aphronitro, uerbis ſupra adductis adijciendum eſſe τῷ νίτρῳ, ut legatur, τῆς αὐτῆς ἐστι δυνάμεως τῷ νίτρῳ. i. eiuſdē eſt facultatis cum Nitro. ſic enim tunc apud Galenum, atq; alios, Nitri ſpuma, non aphronitro, ſed nitro comparatur. Idem etiam interpres Aetij in eodem capite paulo ſupra, non admodum apte hæc uerba uidetur interpretari, ἀφρόνιτρον δὲ οὐκ ἀλευρῶδες, οὐδὲ διαλελυμένον, ἀλλὰ πεπηγός ἐστι: i. aphronitrum uerò non eſt farinaceum, nec diſſolutum, ſed compactum. Vertit autem ipſe. ¶ Aphronitrum uerò nil habet farinaceum, nec liquidum, ſed compactum eſt, quum tamen illud διαλελυμένον non liquidum uerti deberet hoc in loco, ubi agitur de ſiccis medicamentis, ſed magis conueniebat uertere diſſolutum. Nemo enim eſt, qui uel de farina, uel de cinere, uel alia re ſicca, atque in compacta loquens, eam appellet liquidam, ſed inconcretam, & diſſolutam. His igitur abſolutis, quæ ad integram capitis illius de aphronitro lectionem pertinebant, fuiſſet ſanè tempeſtiuum, re ipſa, ut ſe habet, cognita, quæ alij ſuper id perperam cōmentati ſunt, bre-

cauſa miſſas fecimus, tum quòd ueritate ſimplici cognita, faci lè errata quæuis comprænhendi poſſint, tum etiam, quòd in Hiſpaniam ad iter quum eſſem inprocinctu, multò breuius profectò, quam ſperaſſem, iter arripere (ita ſanè, ut tempo poris anguſtia, ac typographorum occupationibus cudi minimè potuerint) coactus fuerim. quùm aduerſum adiungere, non minus in animo eſſet, ideo ſi ipſum Lucenſem conſuleres nec diſpliceret, nunc uerò, ad reliqua quæ de aquarum nego tio polliciti ſumus, accedere opportunum erit. Quum igitur, ex omnium medicorum ſententia ſanitas, atq; integritas noſtra in tribus naturis conſiſtat, temperie, putà nobis ſalubri, ac compoſitione ſimili, & unitate partium ſimplicium contiguitateq; compoſitarum congrua, ac naturæ conſona, ita profectò, in harum trium, uel alicuius lapſu manifeſto, uitium eſt, atq; ægrotatio, namq; illorum integritas in rebus naturalibus integris conſiſtit, atq; non naturalibus debito modo, tempore, ac ordine applicitis, illorum uerò lapſus, ex cauſis præter naturam, hæc, et illa alterantibus, corrumpentibusq; dependet. putà ex morbo, cauſa, atq; ſymptomate, ita ſanè, ut corporis humani diſpoſitiones ex Galeno, Auicẽna, & omnibus alijs, triplex quum ſit, ſalubris putà, inſalubris, & neutra, harum quælibet ex rebus naturalibus, & non naturalibus, uel optimè, uel inconcinnè habentibus dependet: unde ſanitas, uel ægritudo, uel ſymptoma, uel horum duorum cauſæ exiſtunt. ideo quum res naturales magis ad ſalubrem ſtatum, præter naturam uerò ad morboſum potius,

In quibus, ac quomodo ſanitas conſiſtat, morbus, et neutra diſpoſitio

non naturales denique ad utrumlibet æquè magis referri uideantur, de eis meritò agendum, ut earum ope, ſanitatem conſeruare, & morbum diſcutire poſſemus, agendum eſſet; quæ quidem numero ſex, hoc ordine ab Auicenna *in* Primo Canticorum *tractatu, diſpoſitæ ſunt,* Aer. *cibus, potuſq;. ſomnus, atq; uigilia. motus, quieſq;. euacuatio, & repletio. ac* Sexta*, animi accidentia numerantur, de quibus* Galenus *in arte medica tractatu de cauſis, atq;* Auicenna *per totam ſecundam ſen. primi, doctrina ſecunda agit. ideoq;, de his à medicis quum ab eis ſanitas, atq; morbus, & tertia ſimiliter diſpoſitio dependeant, nec minus mors, ac uita inde principium non paruum, ac adminiculum obtineant, accurratiſſimè agendum eſſet: inter quas res, aer profectò, primum locum conſiderationis obtinere (quum nos ſemper intus, extraq; neceſſario alteret) certum eſt. de hinc uerò nos aquæ rationem cæteris non naturalibus (ut potè quæ, & multoties, & ipſis charior, ac neceſſarior eſſe contingat) præferendam iudico. ideoq; de eius ſubſtantia, ac genere, ſpeciebus, ac differentijs, coctione, ac correctione, & plurimis alijs hoc negotium concernentibus particularius agere, in animo erat: ob negotiola tamen quædam me aliò uocantia, hæc in aliud tempus, aptiuſq; opus differre decreuimus. tamen, ne ſtudioſos rerum naturalium defraudare*

Liber de natura pueri, Galenus dubitat Hippocratis, ā Polibij ſit.

Hippocrates primus de his doctiſſimè egit in libro, de natura pueri. ubi, de aquarum æſtiuarum, ac hyemalium, ac de fontium naturis, ac de iam prædicta Antipariſtiſi plurima ſcitu digniſſima oſtendit, quem librum Galenus Polibij ne; an Hippocratis ſit, ualde dubitat. Similiter, multa de aquis libro de aere, & aquis habet: ex Dioſcoride uerò lib. 5. cap. nono, multa, & optima habes, atq; ex libro. 6. cap. 33. Ex Ariſtotele uerò philoſophorum facilè Principe problematū prima problemate. 12. atq; quarto de generatiene animalium, capite: Secundo, atq; lib. de ſenſu, & ſenſilibus, necnon capite primo. 2. meteoron, atq; ſectione problematū. 23. de aquis abundantiſſimè tractatum habes.

Dioſcorides

Ariſtoteles.

Galenus. Ex Galeno uerò medicorū optimo, libro de cibis boni, & mali ſucci cap. 6. ac libro Primo, de ſannitate tuenda quam optime agit, ac libro de medicamentorum ſimplicium facultatibus Primo, capite uerò Quarto, Quinto, Sexto, Septimo, Octauo, & Decimo quarto copiosè tractatum eſt.

Paulus Aegineta

Ex Paulo etiam Aegineta habes hoc idē, lib. primo cap. 50. 51. 52. & libro Septimo cap. 3. quo in loco marinæ aquæ meminit, & paulò inferius, in alio loco nitroſæ aquæ, ac pluuialis meminit.

Aetius. Ex Aetio deniq;, per doctum habes inter alia caput 165. ſermonis tertij, omne aquarum negotium continens, ac pertractans.

Ex latinis uerò Authoribus.

Plinius

Duos potiſſimum mihi delegi, Plinium uariæ lectionis, eru-

ditioniſq;,ac doctrinæ uirum, necnon Celſum *longè profe-ctò* Cæteris *latinis medicis præſtãtiorem.*Plinius *igitur, hæc ipſa adamuſim tractat lib.* 31*.capite.*2*. ac .*3*. in quo loco ſuam aquæ ſalubris, in ſalubris ue ſententiam exponit longè* Plinius
ab Hippocratis *oppinione diuerſam.in .*4*. etiam huius libri capite, plura de aquis adducit.* *Hippocrati diſſentire videtur*

Ex Cornelio *uerò* Celſo *latinorum latiniſſimo libr* Primo *cap. nono, & lib.*2 *capite.*18*. per pulchrè habes de aquarum naturis plurima, qui his uerbis, hoc idem facillime perſtringit, aqua leuiſſima pluuialis eſt, deinde fontana, tum ex flumine, tũ ex puteo. poſt hæc ex niue, aut glacie, grauior his ex lacu, grauiſſima ex palude. facilis etiam, & neceſſaria cognitio eſt, naturam eius requirentibus: nam leuis pondere apparet, & ex his quæ pondere pares ſunt, eò melior quæq; eſt, quò celerius, & calefit, & frigeſcit quoq; celerius, ex ea legumina percoquuntur;* Corneli-us Celſus

Ex Arabum *uerò ſchola,*

Solum Auicennam *eorum, ac aliorum fortè* Principẽ *de aquæ natura ſen. ſecunda ;i; doctrina ſecunda · capite.*16*. tractantem mihi ad hanc rem uocandum delegi. in quo quidem, ac cæteris authoribus a me hic, & in ſuperioribus adductis uerſari quam optimum cenſeo: utpote, qui non paucas aquæ naturam, ac negotium attingentes difficultates, ac eorum ali* Auicẽna.

non doctè adeò, ut litterarum naturalium ſtudioſi quam men=
te conceperant expectationem, ex pletam habent, mihi in
hac re ut pote principium danti, condonandum eſſe quamop
timo iure expoſtulem. interim tamen, flatulentis ex potu re=
frigerante doloribus, aut optimi uini meracioris hauſtu, aut
aniſi ſacharo conditi granis, aut alio quouis familiariter ex
calfaciente auxilio occurendum erit; nam & guſtui hæc per
iucunda ſunt, tum etiam, q; ex uera contrariorum oppoſitio=
ne omnis curatio fiat. nec ignoro Dux Clariſſime, hic &
naturalis diſciplinæ altiora ad hanc rem archana, ac ratio=
nes efficatiores accommodari potuiſſe, qua de cauſa ne cæte=
ris principium philoſophandi offerens, me omnino inglorium
exiſtimarem, ipſis quidem maiora ſequutis, ut nobis aliquid
boni in medium afferre poſſint, neue dicendi anſam præripe
remus, ex induſtria reliquimus; inter hæc tamen, qui uel
manifeſtam huius rei rationem ignorantes, ad occultas uir=
tutes confugientes, ſe tueri poſſe crediderant, quò amplius cõ
fugiant meritò deerit. aliqui quippe latitantem frigiditatem
uocato Nitro aſſerunt, alij uerò uti Magneti ferrum trahen=
di uirtutem tantum ab effectu cognitam, et quia eſt, aſtrunt:
ſic uocato Nitro refrigerantem uirtutem tantum ab effectu
manifeſtam ineſſe affirmant: quum nihilo minus ſit apud
philoſophorum gymnaſiũ, immo fortaſſe multo maius abſur
dum, quam apud Sacræ theologiæ profeſſores miracula quæ=
uis ſine urgente neceſſitate confiteri, ignorata manifeſta
cauſa, ad occultas has uirtutes confugere. utrum uerò, hoc

fuerit

Aduerſus uocati Nitri dã=na familiaria auxilia.

Digitized by Google

fuerit alia ætate quam noſtra cognitum , humanarum litterarum ſtudioſis in quorum etiam, ac reliquorum omnium gratiam hæc nos conſcripſimus, examinandum relinquitur .

Finis .

*E*Rrata precipua , ac alia non pauca , quæ in punctorum ratione uerſantur , contextus (ut ita dicam) ſententiam euertentia , nec minus alia quæ litterarum numerum , ac deniq; Orthographicam rationem reſpiciunt, ad unum adnotare in animo erat, ſed quum temporis anguſtia, uix opuſculum integrum prodierit (nonnulla quippe ea de cauſa demere uiſum fuit) huic negotio præſtando occaſio profectò defuit. ideò Lector prudens ſi ſapis, æquo feras animo, ac ipſe uel demes, uel addes, quæ minus prouè excuſſa fuerint, ut rectum ſententiæ ſenſum obtineas. Vale .

Digitized by Google

DE STEMMATIS, AC INSIGNIBVS Domus, ac Familiæ Illuſtriſſimæ Cucua Silueſtri Sigonna Siculi poetæ præſtantiſſimi.

EPIGRAMMA.

Hunc Princeps generis ſerpentem ſtrauit in antro,
Exquo progrediens funera ſæua dabat.
Regem adijt uictor, petijtq; inſignia facti,
Serpentis madidus, uulneribusq; ſuis.
Rex ait, ipſum anguem, & clathros do è ſanguine ueſtro.
Tinxerat hoc digitos, preſſerat hos clypeo
Tum facti uiuax, illo cognomen ab antro
(Cueua hoc Hiſpanis) fama perenne dedit.

ΤΕΛΟΣ

M

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE